

Ex Libris
D. Guil. Gesenül.

A. 262.



PHILOLOGEMATA MEDICA, 20. 9.
SIVE AD
MEDICINAM ET RES MEDICAS
PERTINENTIA,
EX EBRAEA
ET HVIC
ADFINIBVS ORIENTALIBVS LINGVIS
DECERPTA:

QVAE
PRAESIDE
CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,

THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE VT ET
LINGVARVM GRAECAE AC ORIENTALIVM
PROF. ORD.

AD D. SEPT. CIDIICCLVIII.

HORA LOCOQUE CONSUVETIS

DISQVSSIONI PVBLICAE PROPONET

IOACHIMVS DANIEL SCHLEVNITZ,
BEROLINAS, THEOLOGIAE CVLTOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
STANNO IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

7

THEO. GERMATA MEDICA
-SINE AD
MEDICINAM ET RES MEDICAS
PARTIEN
EX LIBRARIIS
AD N...
ON...
ON...
MICH...



V I R I S
SVMME VENERABILIBVS
ATQVE DOCTISSIMIS,
SVPREMI DICASTERII ECCLESIASTICI,
QVOD BEROLINI EST, CONSILIARIIS
DIGNISSIMIS,

DOMINO
IOANNI PETRO SVESMILCH,
COLONIENSIVM AD SPREAM FINITIMAEQVE
DIOECESEOS PRAEPOSITO MERITISSIMO,
PASTORI AD AEDEM S. PETRI
PRIMARIO, CET.

ET
DOMINO
IOANNI IVLIO HECKER,
PASTORI AD AEDEM S.S. TRINITATIS OPTIME
MERENTI, ET SCHOLAE, QVAE REALIS
VOCATVR, EPHORO, CET.

NEC NON
V I R O
MAXIME REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO,
DOMINO
FRIDERICO GRIESE,
ARCHIDIACONO AD AEDEM S. PETRI
OPTIME MERENTI,

PATRONIS SVIS
PIE SANCTEQVE COLENDIS.

V I T I S
SVMME VENERABILIVS
ATQVE DOCTISSIMVS
SVPERMI DICASTERII ECCLIESIASTICI
QD LITON EST, CONSIARIIVS
DICISSIMVS
D O M I N O
IOANNI PETRO SVESMILICH
COLLEGIUM AN SVETVM INIITIAVIT
DIOCESED REARPOS TO MERITISSIMO
PASTORI AD ABDM S PETRI
PRIMARIO, CEF.

D O M I N O
IOANNI IVILLO HECKER
PASTORI AD ABDM S XININATIS OPTIME
MERITIS ET SOLIDIS QD REALIS
VIGILANTISSIMO, CEF.

V I R O
MAXIME REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO
D O M I N O
FRIDERICO GRITSE
ARCHIDIAcono AD ABDM S PETRI
OPTIME MERITIS

PATRONIS SVIS
PIE SANCTIOVE COLENDIS



V I R I

SVMME MAXIMEQVE VENERABILES,



audacia, qua schediasma hoc academicum Summis Vestris Nominibus inscribere aggressus sum, maior, credo est, quam vt excusari alio vlllo nomine possit, nisi hoc solo, quod animum meum, vt hoc auderem, incitavit veneratio er-

ga Vos summa, et desiderium ardens testifican-
dae Vobis gratae mentis. Nec enim sustinuis-
sem negotia Vestra plurima et grauisissima inter-
turbare, nisi me animauisset desiderium Vobis
declarandi tum venerationem erga Vos Vestra-
que merita summam, tum animum gratum pro
maximis, quae in me contulistis, beneficiis.
Atqui merita illa Vestra cum erga me tum erga
ecclesiam Christi tanta sunt, vt primam, quae
se offerret, occasionem testandae erga Vos pie-
tatis meae auide arripiendam mihi duxerim.
Inprimis vero nulla vnquam obliuio delebit il-
lius temporis memoriam, quo Vestra, Colo-
nienfes Praeposite et Archidiacone, auctoritate
ac fide via mihi patefacta munitaque fuit, supe-
ratis ac remotis omnibus impedimentis, reuer-
tendi

tendi ad sacrarum litterarum studia. Horum enim dulcedo, quo maior maiorque mihi in dies adparet, eo magis Vos vel coram omnibus mihi Patroni adpellandi estis, qui me in eam vindicatis libertatem, qua non solum Philosophia, de qua Seneca praedicat, sed omnis scientia, maximeque caelestis haec ac diuina manumittit. Accipiatis ergo, Patroni, ut vni- ce precor, hanc scriptionem eadem beneuolen- tia, qua erga me semper fuistis, et cui me mea- que omnia et in posterum commendo. Deus vero O. M. quem in et cum Filio suo colimus, quique ad hunc vsque diem Vos, Viri Summe Venerabiles, saluos et incolumes suae seruauit ecclesiae, perpetuam Vobis largiatur prosperi- tatem ac valetudinem, ut per plurimos adhuc
annos

annos populo suo ad multorum salutem praees-
se queatis. Vigeanť semper atque floreant
Splendidissimae Familiae, vt omni tempore ha-
beant, quod Vobis et sibi gratulentur vrbs pa-
tria et,

V I R I

SVMME MAXIMEQVE VENERABILES,

VESTRORVM NOMINVM

Halae d. XX. Septembr.

A. CI^oCCCLVIII.

deuotissimus cultor,

IOACHIMVS DANIEL SCHLEVNITZ.



Q. D. B. V.



§. I.
Fuerunt ex nobili et salutari Medicorum ordine, qui sacram philologiam et exegefin colentibus artis suæ doctrina vtilem non minus quam iucundam opem tulerunt. In quorum censu inprimis reponendi sunt
 VALENTINVS HENRICVS VOGLERVS
de Rebus naturalibus et medicis, quarum in

Medici quidam iuuerunt arte sua philologiam et exegefin sacram,

Scripturis S. sit mentio, cum Physiologia historiae passionis Christi, Helmstadii 1682. in 4to. THOMAS BARTHOLINVS in Miscellaneis Medicis de Morbis Biblicis, Francof. 1672. in 8. et in Fasciculis Opusculorum, quae ad historiam et philosophiam sacram spectant; CONR. IOHRENIUS de morbis biblicis N. T. citatus IO. CHRIST. WOLFIO in Curis ad Luc. XIII, II. maxime vero GEORG. WOLFFGANG WEDELIVS Centuriis II. Exercitationum medicophilologicarum sacrarum et profanarum, Ienae 1702. et 1705. in 4. Ex harum Exercitationum CENTVRIA I. eiusque DECADE I. et II. ad sacram et orientalem philologiam medicam spectant Exercitatio I. de morte Iudae proditoris; 18. de vulnere אר החמש siue in quinta costa; 19. de Saule energumeno: ex DECADE III. Exercit. I. de Latere Christi aperto; 2. de Sudore Christi cruento;

A

3. de

3. de morbis senum Salomonæ: ex DECADE IV. Exercit. I. de unguento Nardino; 2. de morbo Hiobi; 3. de pane quotidiano: ex DECADE V. præter præfationem, Exercit. I. de epispasmo Iudæorum; 2. de paralyfi torquente; 3. de sinapi Scripturæ; 4. de sale infuso; 7. de balsamatione corporis Christi: ex DECADE VI. Exercit. 2. de contractura daemoniaca; 4. de physiologia excidii Sodomorum et statuae salis; 8. de vini dulcis plenis: ex DECADE VII. Exercit. 2. de byssopo, herba sacra; 3. de byssopo mystica; 4. de morbo Hiskiae; 5. de paxillo carnis: ex DECADE VIII. Exercit. I. de מִלְחָמָה f. ligno aloes; 3. de paralyfi vniuersali et particulari; 4. de febrî magna; 5. de decimatione olerum: ex DECADE IX. Exercit. I. de Mose chymico; 2. de morte Nabalis; 3. de corona Christi spinea; 4. de vino modico: ex DECADE X. Exercit. 5. de lilio agri; 8. de Iaspide Scripturæ. EX CENTVRIA VERO II, eiusque DECADE I. Exercit. I. de censu Augusti; 4. de ecstasi putata Christi; 5. de ἀγῶνία Christi; 7. de nummis N. Testamenti; 8. de claudis N. Testamenti: ex DECADE II. Exercit. I. de loco Fl. Iosephi de Christo; 2. de Lazaro ante portam; 3. de purpura et bysso; 4. de accentibus; 5. de lignis thynis Apocalypseos in genere; 6. de sabina Scripturæ: ex DECADE III. Exercit. 3. de decoro orantium; 4. de formulis loquendi et præscribendi medicis in S. S. 5. de calamo aromatico; 6. de Paulo a vipera demorso; 7. de quaesitis per מִרְיָם et חַמְצִים; 8. de lilio conuallium Salomonis; 10. de flore aeris Salomonis, (Sapient. Sal. c. 2. 7.) et Supplementum de purpura et bysso: ex DECADE IV. Exercit. 2. de zytho Scripturæ, 6. de pestilentia in sacris; 9. de lepra in sacris: ex DECADE V. Exercitatt. I. 2. et 3. de Elia artista; 4. de cosmeticis in sacris in genere; 5. de iisdem in specie; 6. de morbo Iorami regis Iudæ in genere; 7. de eodem in specie; 9. de femina duodecim annorum profluui sanguinis laborante; 10. de hydropico diuinitus curato. Vellemus et posteriores V. Decadas Centuriæ II, argumentis suis, quate-

quatenus ad rem sacram pertinent, designare: sed in exemplari, quo vsi sumus, illae desunt, vnde dubium, num lucem viderint; inprimis cum et IO. CHRISTOPH. WOLFFIVS in Indice Scriptorum, quem tomo I. *Curarum suarum in N. T.* praemissit, nonnisi Decadas V. Centuriae II. numerauerit. Alios huius generis auctores physico-medicos suppeditabit Cel. IO. SIMONIS *Introduct. in ling. Gr.* p. 270.

§. II.

Vt igitur Medici sacrae et orientalis philologiae studiosis operam commodarunt suam, sic aequum est, vt philologia vicissim his, qui medicinae operantur, opem ferat: quod fieri potest, si dictiones phrasisque ad medendi artem spectantes dilucidiores facere adlaboret. Quod cum ita sit, dabimus in praesenti operam, vt voces illas ac phrasas, quibus Ebraei et Orientales Medicos et Chirurgos, illorumque actus et operationes, aegrotos item, ac morbos, vulnera, mortem, sanitatem siue conualescentiam, partesque corporis humani, designare solent, nec non prouerbia illorum et sententias ex medicina petitas, quibus vtuntur, declarem, infimulque de Medicorum apud Orientales existentia et pretio, deque vocibus medicis tropice in sacro codice V. T. acceptis, exponamus. Qua tamen in re tractatio nostra nonnihil differet ab illa BENIAMINIS WOLFFII GINTZBURGERI Iudaei, qua *Medicinam ex Talmudicis* illustratam, sub praesidio D. GE. GOTTL. RICHTERI, Gotingae A. 1743. dedit, quia haec adstrictior magis et historica est, nostra vero generalior et philologica erit.

Philologiae cultoribus vicissim conuenit medicinae opem ferre. Vbi de nostro instituto.

§. III.

Nomen Medici apud Ebraeos est מְדִיָּקָה *medicus*, et hoc a מְדִיָּקָה *Nomina Medicorum* apud Ebraeos a *rem faciendo*.
medicatus fuit, curauit siue morbum siue vulnus. Conferri autem

tem id potest vel cum cognato verbo רָפַח *remisit, remisus fuit*; ita vt *medicus dicatur qui facit vt vulnus morbusue remittat*: vel cum harmonicis, Arab. رَافٍ vel رَافٍ *reparauit ruptam vestem, refarciuit*, Aeth. ረፋሐ : *consuit*, et Graeco ῥάπω suo, *consuo*, a quo et ῥαφίς *acus*, qua ruptura reparatur: vt *Medicus* adpellatur quasi *refarcinans reparansque valetudinem*, plane vt B. LUTHERVS Medicos vocauit *unfers HEYn GOTTes Flicker*, referente B. MICH. ALBERTI in *Diurnis Halensibus* anni 1751. p. 145. Priori etymologiae fauer, quod verba illa רָפַח et רָפַח significando alicubi alternant, ita vt רָפַח, quod vtitatisime *mederi* est, aliquando sit *remissum esse vel facere*, v. g. Ier. 38, 4. רָפַח *remissas facie* manus virorum bellicorum, Coh. 10, 4. רָפַח *remisso, sedario*; et contra vt רָפַח *remittere*, aliquando sit *medicari, sanare*, v. g. Ier. 3, 22. רָפַח *sanabo*, c. 8, 11. וַיִּרְפּוּ *et sanauerunt*, e. 51, 9. נִרְפְּתָה *sanata fuit*, Psal. 60, 4. רָפָה *sana*, et Ier. 8, 15. מְרַפֵּה *sanatio*. Posterior vero etymologia fulciri potest, tum ex eo, quod verbum רָפַח etiam de *reparatione altaris* dicitur i Reg. 18, 30. (vbi tamen forte tropus siue a medicina generatim, siue speciatim a chirurgia desumptus, vt infra ostendemus) tum ex Arabum prouerbio, *Medicina scisurae est, vt eam consuas siue refarcias*, de quo itidem infra inter prouerbia medicinalia. Vnde probabiliter factum, vt LXX Job. 13, 4. מְרַפֵּים, quod *consarcinantes* proprie notat, reddiderint ἰατροὶ *medici*. Plane vt Graecis ἀναίμας est *sarcire, refarcire*, et *sanare, mederi*, indeque ἀναίμας *sartor et medicus*, et ἀναίμας *ars sarcienti et ars medicandi*, ab ἀναίμας, vnde Lat. *acus*, et notissimum πανάκεια et *panacea*, omnium morborum curatio: רָפַח *reparauit fissam ruptamue amphoram, et consolidauit vulnus*.

§. IV.

Chaldaeis, Samaritis, Syris, Arabibusque adpellatur נָדוֹן, Apud Chal-
 daeos irem,
 אֲדוֹן, אֲסִי pro אֲסִי medicus, vnde Pl. נָדוֹן medici, אֲדוֹן Samaritas, Sy-
 ros, Arabes,
 et אֲסִי idem; quibus et consonat Aeth. አዲት: facultas sanan- firmando et
 di: idque a firmando et roborando, vt patet ex collactaneis, אֲסִי roborando.
 solatus, consolatus fuit, ql. solatiis animum alterius corroborauit,
 אֲסִי columen, et אֲסִי columna, spec. maior, fulcimentum, quo non
 domus tantum, sed et aliae res sustentantur, Pl. אֲסִי fundamenta,
 Iob. 38, 16. cui consonat Ebr. נִשְׁוֹן idem, Ier. 50, 15. Inde
 nomen duxerunt Esfæi vel Esfeni, celebris Iudaeorum secta.
 Saltem ita sensit PHILO Iudaeus libro de Vita contemplatiua
 p. 688. quanquam anceps, Ex etymo vocis, inquit, vocantur (Ἐ-
 ρεαπειτροί καὶ Ἐρεαπειτροῖδες) therapeutae therapeutridesque, siue quod
 profiteantur medicinam praestantiorem illa vulgata per oppida omnia;
 (haec enim medetur solis corporibus; illa vero et animas liberat morbis
 grauibus et aduersus medelas contumacibus: — — —) siue (quia Grae-
 cum Ἐρεαπειτρον et mederi et colere significat) quod a natura et e sa-
 cris legibus didicerint colere illud Ens, quod et bono melius est. cet.
 Vide de illis IO. DAV. MICHAELIS Introductionem in libros
 N. T. 510. fgg.

§. V.

Arabibus porro Medicus variis et honorificis venit nomini- Apud Arabes
 bus: vt sunt 1) حَكِيمٌ sapiens, v. g. in inscriptione euangelii a sapientia,
 Lucae, Euangelium S. Lucae حَكِيمٌ medici, proprie sapientis. peritia, scien-
 tia.
 Nempe vt HERBELOTIUS in Biblioth. Orient. p. 413. sub voce

Hakim scribit: *Ce mot, qui signifie SAGE, PHILOSOPHE et MEDICIN, est donné par excellence à LOCMAN parmi les Arabes et à PYTHAGORE parmi les Grecs. On donne à NAPHIS BEN AOVADH le titre de HAKIM ALKERMANI, le Sage du pays de Kerman, ou plutôt le Medecin cet. Et meminimus, Medicum christianum, qui sub initium huius saeculi Constantinopoli ad nos redux puerum Turcam secum adduxerat, ab hoc Turcice non aliter compelliari, quam Hakim Pascha, i. e. Domine sapiens, vt nostris Medicus titulo Domini Doctoris adpellari solet.* 2) طَبِيبٌ *sapiens,*

peritus; vt in versione Arabica N. T. Matth. 9, 12. Luc. 5, 31. aliaue forma مُتَطَبِّبٌ Luc. 4, 23. cui consonat Aeth. ጠብብ:

sapiens, prudens, eruditus. 3) طَبِيبٌ *sciens, pergnarus, solers, a*

verbo نَطَبٌ scientia, solertia, peritiaque polluit; sub ratione, quod Medicus diligenter exploret, explorare saltem debeat,

omnia. 4) عَرَفٌ *cognitor, explorator, apud GOLIVM in Lex.*

Arab. c. 1562. ab عَرَفٌ cognouit. Et 5) Graecae quidem origi-

nis, sed Arabica ciuitate donato vocabulo, فَيْلَسُوفٌ Philosophus;

vt Pfal. 88, 11. vbi Arabs, ex graeca. LXXuirali vertens, pro

Apud Aethiopes denique a custodiendo et salvando. Graeco ἰατροὶ medici posuit أَلْعَالِمِيَّةُ philosophi. Denique apud Aethiopes Medici nomen est vel ὙΠΕΡ: ὙΛΕΡ: custos medicinali siue pharmaci, Matth. 9, 12. Luc. 4, 23. vel ἘΠΙ: ἘΡΕ: sanator, saluator, ex cognatis, siue Arabico فَاوِيٌ saluus euasit, siue Ebr. מוֹצֵא liberauit; de quibus mox.

§. VI.

Nomina Chirurgorum ab obligando, secundo, cet. Addimus Chirurgorum (vt qui et ipsi Medicis accensentur) nomina, eaque specialiora: 1. Ebr. חַבֵּשׁ obligator vulnerum, i. e.

i. e. *chirurgus*, Esa. 3, 7. vbi id Vulg. vertit *medicus*, et B. Luth. *Artzt*, pro *Wundartzt*. 2) Arab. ^فأَبْس *medicus* generatim, et *medicus vulneris* s. *chirurgus* speciatim. 3) ^ججَائِرٌ *fracturorum osium reparator reparatorque*; Pfal. 146, 2. vel 147, 3. vbi ^كجَائِرٌ كَسْرَهُمْ *reparator fractionis eorum* respondet Ebraeo ^ממַחֲבֵשׁ ^עעֲצֹבוֹתָם *obligans dolores eorum*, i. e. vulnera dolorem concitantia. 4) ^ججَرَّاحٌ *chirurgus vulnerarius*, a ^ججَرْحٌ *vulnus*, et hoc a ^ججَرَّحַ *vulneravit*, *secuit*. 5) ^ححَاجِمٌ vel ^خخَجَامٌ *qui cucurbitas imponit*, *chirurgus*. Ceterum apud veteres Aegyptios ^ההַרְפָּאִים *medici* fuerunt etiam ^עעֲבָדֵי הַפְּלִינִים *Medici apud Aegyptios* ^τταφιασται, vti id nominis ^οοἱ ὁ. verterunt Gen. 50, 2. h. e. *funeratores*, *polliniflores*, quorum fuit ^ללְחַלֵּט *aromatibus condire*, ac adeo ^פפּוֹלִינִיפוֹרֵס *polliniflores*. ad sepulturam parare, mortuorum corpora: quo de ritu legimur in Comment. ad l. c. ex veteribus scriptoribus adtulit.

§. VII.

Actum medendi curandique Ebraei exprimunt per sequentia verba: 1) ^פפָּרַק *primo et proprie collegit*, deinde ^אאַבְדָּה *abstulit*, tum vero ^ללִבְרָא *liberavit* a morbo; vt 2 Reg. 5, 3. ^אאֶתְּוֹ מִצַּרְעָתוֹ *ferretur per auferre, liberare, confortare, viuificare, cer.* *tunc collecturus*, i. e. *liberaturus* siue *curaturus* *eset eum a lepra sua*, et ibidem v. 6. et 7. Conuenit verbum, vt litteris, sic significatu, cum Arab. ^ععَالَ et Aeth. ^ፈፈጠ። *medicatus est*, de quibus paulo post. 2) ^ששָׁנָה *sanauit*, Hof. 5, 13. indeque ^ששָׁנָה *sanatio*, *medela*, Prou. 17, 22. quibus consonat Syr. ^سسَوَّأ *euasit*, Pasf. ^سسَوَّأ *liberatus est*; vtrumque vero per metathesin litterarum deductum videtur ab ^אאַמַּוֵּת *amouit*, Prou. 25, 4. 5. vnde et

Graeca

Graeca sunt, ὑγιής *sanus* cum suis deriuatis, et ἀκέομαι *sano, me-
deor.* Consonat eidem et 3) nomen כָּהַן *sanatio*, mutato ב in
כ eiusdem instrumenti litteram, Nah. 3, 19. אֵין כָּהַן לְשִׁבְרוֹךְ
nulla est sanatio contractioni tuae; nisi hoc malis ducere a verbo
כָּהַן *remissor factus fuit*, vnde in Piel Leu. 13, 6. כָּהַן הַפְּגַעַת *re-
missor facta est plaga*, quod negatiue ibidem declaratur וְלֹא
הִפְגַּעַת *nec progressa est plaga.* 4) הוֹדִיק proprie *confortauit*, in-
de vero *sanauit*: vt Ezech. 34, 4. אֲתָהּ הִפְחַלְוֹת לֹא הוֹדִיקְתָּם *morbi-
das pecudes non confortastis*, et v. 16. אֲתָהּ הוֹדִיקְתָּ אֶת־הַחֹלִיָּה אֶת־הוֹדִיק *aegrotan-
tem confortabo*; vnde et ductum est Gr. ἰσχύω *valeo, robore polleo*,
et *sanus sum*, Matth. 9, 12. 5) הִיָּה vel הִחְיָה proprie *uiuifica-
uit, viuum seruauit, reuiuiscere fecit*, indeque *sanitati et integri-
tati aegrotum restituit*; vnde Hof. 6, 2. יְחַיֶּיבֵנוּ יְחַיֶּיבֵנוּ *uiuificabit nos*, LXX
reddiderunt ὑγιαίνει ἡμᾶς, et Neh. 3, 34. vel c. 4, 2. הִיָּיוּ הִיָּיוּ *num
uiuificabunt?* iidem ἰάσονται, et ex illis Ar. *num sanabunt?* Quo-
modo et Gr. ἐζήσεν *vixit*, dicitur pro ἀνέζησεν *reuiuixit*, et hoc pro

Graeca ἰάσεται *sanatum est*, Apoc XIII, 14. coll. v. 3. 12. Quin et ipsa Graeca
et θεραπεύειν
ab Ebraeis ἰάομαι *sano*, ἰασις *sanatio*, ἰατρὸς *medicus*, ἰατρικία *medicina* cet.
הִיָּה et רָפָא sunt ab הִיָּה *uiuificauit*, addita tantum Ebraeco terminatione Grae-
deducta.

ca, siue verbali siue nominali. Hinc et Aethiopicus N. Testa-
menti interpres Graeca ἰάσεται *sanare* et ἰαθῆναι *sanari* reddidit
per ሕ.ጸወ: et ለ.ሕ.ጸወ: Ebraeis הִיָּה *viuere*, et הִיָּה vel
הִחְיָה *uiuificare*, prorsus harmonica: v. g. Marc. 5, 29. Luc. 7, 7.
o. 9, 42. Act. 9, 34. Indidem forte nomen indeptus est antiquis-
simus medicus Μαχάων *Machaon*, quasi מַחְיָה, Ch. מַחָה vel
מַחָה, Syr. ܡܚܝܐ *uiuificator, seruator, sanator*: a quo, vt et a
Chirone Centauro, medici omnes et chirurgi apud svidam sub
Μαχάων

Μαχάων vocantur οἱ Χείρωνος καὶ Μαχάϊονος τεχνώμενοι μελετή-
 ρατα, Chironis et Machaonis artem exercentes. 6) חֲחֹלִים et
 חֲחֹלִים ididem confortavit, indeque curavit sanavitue aegrotum,
 Esa. 38, 16. cui consonant harmonica Lat. *columis, incolumis, co-*
lumen, columna. 7) עָלַח curavit, medicatus fuit, ab עָלָה *vicit;*
superavit, quasi medicus cum morbo curando, velut cum hoste
 superando, certaret. Longe vero frequentissimum est 8) רָפָא
 vel רָפָה sanavit, de quo paulo ante: cui adfines, sed obsoletum,
 רָפָה, superest in deriuato תְּרַפְּיָה sanatio, Ezech. 47, 12. Ab illo
 autem רָפָא deduci forte possent Gr. *θεραπεύω sano, θεραπεύω*
sanatio, θεραπευτής medicus, sanator; quasi a תְּרַפָּה cum תְּ pros-
 thetico; vti a רָגַל *pes* fit תְּרַגְּלָה *pedem gressumue aptavit*, et a
 חָרַר *arsit* תְּחַרְרָה idem quod תְּחַרְרָה *animum viresue intendit*: nisi
 forte sanandi significatus ab illo famulandi et colendi, qui Graecis
 istis vocibus nativus est, facilius deriuaretur; cum utrique me-
 dici sint naturae et aegrotorum *ministri.* 9) Latina ipsa, *mederi,*
medela, medicus, cet. originem suam forte habuerint ab *extensio-*
ne et prorogatione vitae, quam promouent, a מָרַד extendit, vnde
מָרַד יָמַי extensio s. terminus vitae, Pf. 39, 5. Ar. מָרַד et מָרַדִּי ex-
tendit, produxit, et diuturnitatem vitae eius addidit.

§. VIII.

Eosdem actus reliqui Orientales insuper his, quae subii- Idem sanandi
 cimus, designant verbis. Chaldaei, Samaritae, Syri, 1) מְשָׁן actus quibus
 et מְשָׁן proprie (vt ex cognatis verbis liquet) firmavit, roboravit, et
 indeque sanavit, curavit, quibus consonat Arab. مَسَّ curavit
 Orientales,
 medi-

medicamento imposito, medicatus fuit, sanauit vulnus. Quod verbum Ebraeis quoque in usu olim fuisse, docet proprium viri nomen נֹדֵן Asfa, i. e. sanauit s. corroborauit Deus. 2) Syr ܢܘܕܝܢ proprie mundauit, tum vero sanauit, exprimendo Graeco ἰατρῶν sanare, Luc. 17, 15. plane vt ibidem v. 14, 15. in ipso Graeco textu καθαρίζων mundare et ἰατρῶν sanare, inuicem alternant. 3) אֲשִׁיבָה i. q. הִחֲלִימֵנִי sanauit, sanitati restituit. 4) Chald. ܢܘܕܝܢܐ medicina, proprie reparatio: et ܩܘܪܝܢܐ i. q. ἰατρικία sanatio.

ac speciatim
spud Arabes.

Arabes vero huius significatus verbis abundant: vt sunt 1) أَجَلَّ congregauit, collegit, et medicatus fuit, medicinam fecit, pec. do-
lori colli. 2) أَصَأَ, de quo modo sub Ch. ١٠٤٠; 3) أَشَى sanauit, consolidauit os fractum, quod praecedenti harmonicum est, vt et sequenti 4) أَوْشَى iuuit medicina restituitque aegrotum; tum hoc vero, tum illud, tum istud, cum Ch. ١٠٤٠ et أَشَى, proprie corroborationem notant, vti sub nominibus Medici, ostensum fuit. 5) أَشَرَّ sanitati restituit, quasi purum immunemque a morbo fecit. 6) أَوْشَعُ in os navesue indidit medicamentum, proprie miscuit. 7) دَاوَى medicatus fuit, curauit; quasi pro obiecto habuit aegrotum, a دَوَّى et دَوَّى aegrotauit, Apoc. 3, 18. c. 22, 2. 8) طَبَّ medicinam fecit, medicatus fuit, proprie scientia polluit, vt ܡܢܢ: sapiens, prudens fuit: vide dicta §. V. n. 2. 9) لَدَّ per unum oris angulum infudit aegroti medicamentum. 10) دَاغَى medicatus fuit, proprie consumpsit, absumpsit morbum, coll. Num. 16, 26. et huic harmonicum 11) شَغَى vel أَشَغَى idem, ex conuenientia siue cum Ebr.

Ebr. חָסַף , de quo videfis §. VII. n. 1. siue cum Aeth. ሰረፑ :

consuit, saxit, coll. §. III. 12) عَالَجَ *sanauit, medicatus fuit*, Ex.

21, 19. 13) عَاقَبَ *incolumem seruauit, et sanitati restituit*, quorum illud ad diæticam, hoc ad therapeutica pertinet.

14) عَوَّدَ *sanum reddidit*. Sed nec Aethiopicis verba omnino et apud Aethiopes. defunt: 1) ሠረፑ : *medicamentum praebuit, medicinam adhibuit, proprie tinxit, liquore infecit*, sicut apud nos hoc illud medicamentum *tincturae liquorisue* nomine venire solet. 2) ረወደ :

curauit, sanauit, de quo vide §. V. sub finem. 3) ረዋሏ : *proprie opitulatus est, iuuuit, tum vero sanauit*. Act. 10, 38. quo sensu Germ. *helfen, gebolfen haben*, etiam de medicis dicitur.

§. IX.

Operationes chirurgicae speciatim notant hae voces: apud Operationes chirurgicae quibus vocabulis adpellentur apud *Ebraeos* 1) זָרַר *exprimi*, Hiph. זָרַר *expresit, exprimendo* pus Ebraeos, *niemue ex vulnere elicuit*. 2) חָבַשׁ *ligauit, obligauit*, siue *vulnus, Esa. 30, 26. siue vulneratum fractumue hominem, Ezech. 34, 4. 16. Hof. 6, 1.* 3) מָרַח *cataplasmauit, proprie ficuit, triuit, Esa. 38, 21. Acciperent masam ficuum על השחין*, ex *interpretatione Vulg. et cataplasmauerunt*, LXX $\alpha\gamma\lambda\ \tau\epsilon\lambda\ \psi\omicron\nu\ \alpha\gamma\lambda\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \pi\lambda\alpha\sigma\mu\alpha\iota$, *et tere et cataplasma*; pro quo in parallelo 2 Reg. 20, 7. est עַל־הַשְּׁחִין *et imposuerunt vlceri*. 4) רִבֵּד *emolliuit vnguento*. Ex quibus tria verba, synonyma quidem, sed diuersas operationes notantia, coniunguntur Esa. 1, 6. $\text{לֹא זָרוּ וְלֹא חָבְשׁוּ וְלֹא רִבְּדוּ בַּשֶּׁמֶן}$ *non expresa, nec obligata, nec emollita oleo sunt vulnera*. Apud Chaldaeos et Syros 1) ܦܫܘܘܢܐ *fasciauit*, apud Chaldaeos et Syros *fascia ros*,

fascia ligavit, obligavit, Psal. 147, 3. Luc. 10, 34. Iob. 5, 18.
 2) צָמַד et צָמַד *obligavit*, proprie *iunxit, copulavit*, coll. Targum
 Ezech. 34, 4. 16. et Syr. Esa. 1, 6. 3) לָמַח *emolliuit vulnus*, Esa.
 1, 6. 4) שָׂרַשׁ *obligavit vulnus, cataplasma imposuit*. 5) תָּקַף
corroboravit, quod Esa. 61, 1. respondet Ebraco שָׁבַב *obligavit*.

et apud Ara- Et apud Arabes 1) جَمَر *religavit, consolidavit, integritati reddidit*
 bes. fractum os. 2) حَمَم *cucurbitas imposuit*, sanguinis attrahendi
 ergo, *iisue curavit* aliquem chirurgus; de quo vide §. VI. n. 4.
 3) صَل *obligavit vulnus*, probabiliter ex Ebr. שָׁפַץ *firmavit*, et
clausit. 4) صَد idem, et *emplastrum obduxit vulneri*, Luc. 10,
 34. et Coni. V. *cataplasmauit*, Esa. 38. 21. Conf. praecedens sub
 n. 2. Chald. צָמַד . 5) رָفَد *obligavit* seu *stipavit vulnus*, proprie
 idem quod Ebr. רָפַד *suffulcivit*.

§. X.

Nomina Me-
 dicorum et
 Chirurgo-
 rum, opera-
 tionumque
 illorum, cata-
 chrestice tri-
 buta Magis et
 incantatori-
 bus, eorum-
 que operati-
 onibus.

Vtut autem pleraque tum medicorum chirurgorumque;
 tum medicarum et chirurgicarum operationum nomina, par-
 tim honorifica, partim honesta sint apud Orientales, a *sapien-*
do, sciendo, vivificando, liberando, salvando, iuvando, sanan-
do, medendo, corroborando, firmando, ligandoue, desumpta;
 dolendum est tamen, aliqua illorum per ingentem cata-
 chresin ipsis quoque cesisse *incantatoribus, veneficis ac magis,*
 eorumque *operationibus magicis*. Vt sunt: 1) חָכֵם *sapuit*, et
 חָכֵם *sapiens, doctus, spec. philosophus, medicus fuit*: inde vero
 Ex. 7, 11. הַחֲכָמִים *sapientes* coordinantur cum הַמְכַשְׁפִּים *prae-*
stigiatoribus et הַחֲרָטְמִים *magis* Aegyptiis, Mosi contrariis et
 oppo-

oppofitis; et Pfal. 58, 6. *incantans incantationes* vocatur מַחֲבֵרָה *ad*
fapientiam (magicas puta artes) *institutus*. 2) טִבּ scientia pol-
 luit, medicatus fuit, et fascino praestigiisque vsus fuit, indeque
 טִבּ vel טִבּ medicina, curatio, et fascinum. 3) Ch. סס odo-
 ramentum, aroma, et pharvacum tam malum quam bonum: vnde
 סס החיים vel ססא דחיי pulvis vitae, pharvacum vitale, et סס
 חַמּוֹת vel ססא דמוֹת pulvis lethalis, venenum mortiferum, apud
 Buxtorfium in Lex. Talm. p. 1494. plane vt 2 Cor. 2, 16. Οἷς μὲν,
 ὁσμὴ θανάτου εἰς θάνατον οἷς δὲ, ὁσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν. Aliis qui-
 dem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam.
 4) Aeth. WZP: medicinam adhibuit, et veneficiis incantationi-
 busue petiit; פּזלפ: medicamentum, et incantatio, veneficium.
 5) ערָאִי medicus, et bariolus; vtrumque ab ערָאִי sciuit, cogno-
 vit. Quod vt ne nimis mirum videatur, reputandum est, Grae-
 cis Latinisque idem vsu venisse, vt γνῶσις sit cognitor et magus,
 Φάρμακον, pharvacum, medicamentum, venenum, virus, vt et sā-
 lubre et noxium medicamentum significauerit; Φαρμακείω medica-
 menta conficio, et veneficio vtor. Sic ab Aeth. מוֹנָא: sapuit,
 prudens fuit, dicta מוֹנָאִי: venefica; et a sagingendo, h. e. a scien-
 do et acute sciendo, saga, coll. CICERONE lib. I. de diuinat. c. 31.
 Sagire sentire acute est, ex quo SAGAE anus, quia multa scire vo-
 lunt. Nobis item Germanis dicta eine weise Frau, saga, a weise
 sapiens. Sica חֲבֵרָה sciuit, cognouit, fit Ebr. חֲבֵרָה incantans
 (i. e. exercens, adhibens) incantationem, Deut. 18, 11. itemque
 Chaldaicum מַחֲבֵרָה et Syr. مَحْبِرَة incantator, ibidem et Pfal. 58, 6.

Ab יָרַע, Syr. ܝܪܝܥ, Arab. عَرَفَ et Gr. γινώσκειν, *cognoscere*, fiunt, יִרְעֵנִי, יִרְעֵנִי, יִרְעֵנִי, יִרְעֵנִי vel מִמֶּדְבָּר, מִמֶּדְבָּר, עֲרָאִי et γινώσκεις, *bariolus*: سَاحِرٌ est *scire*, et *fascinare*, *incantare*, indeque سَاحِرٌ *magus*, Act. 13, 6. 8. et سَاحِرٌ عَلِيمٌ *magus sciens* seu *sapiens*, Coran. c. 7, 106. c. 26, 31. 36. quod ipsum epitheton, ab عَلِمٌ *sciuit*, *scientia polluit*, originem dedit nomini Ἐλύμωσις, quod Graece explicatur a Luca ὁ μάγος *magus*, vnde Pl. ܐܠܥܠܡܐ *docti*, i. q. Ebr. הַחֲרָשִׁים *magi* Ex. 8, 18. cet. Quin ipsum nomen *magi*, quod teste CICERONE de diuinitat. l. I c. 23. *sapientum et doctorum genus habebatur in Persis*, per abusum ad *incantatores* tractum est. Vt adeo nec *Medicis* fraudi fit, quod honorificae illorum adpellationes etiam *fascinatoribus bariolisque* per abusum fuerint tributae.

§. XI.

Sanitas ac va-
letudo qui-
bus vocabulis
notetur apud
Ebraeos,

Sanitatis ac valetudinis status hisce describitur vocabulis, apud Ebraeos: 1) חַיִּי *uiuus*, חַיָּה *uiuere*, et מַחֲיָה *vitalitas*, pro *sanus*, *sanum esse*, et *sanitas*, vnde LXX Leu. 13, 15. 16. הַבְּשֵׁר הַחַיִּי verterunt ὁ ἔσθ' ὁ ὑγιής *color sanus*; Esa. 38, 21. אָגַד וַיְחַיִּי ὑγιής ἔσθ'; et Leu. 13, 10. אָגַד וַיִּחַיֵּה בְּשֵׁר חַיִּי ἀπό τῆ ὑγιῆς τῆς σαρκὸς τῆς ζωῆς. Sic Arab. حَيٌّ *vixit*, et *bene valuit*; Aeth. ሕዋዕ: *vixit*, et Luc. 7, 10. *sanus fuit*. 2) חָלִים *valuit*, *robustus fuit*, Iob. 39, 4. Chald. חַלִּים et Syr. ܚܠܝܡ idem; vnde Chald. חַלִּים et Syr. ܒܝܠܡܝܫ *sanus*, *saluus*, *integer*, et Lat. *columnis*, *incolumis*, *incolumitas*: plane vt Lat. *valere* et *vires roburque*
et

et secundam valetudinem notat, *starck und gesund seyn*; pariter Gr. ἰσχύειν et viribus valere et prospera esse valetudine, vt Marc. 2, 17.

3) שָׁלֵם *integer, perfectus*, indeque *saluus, sanus, incolumis*, Gen.

33, 18. שְׁלוֹם *integritas*, indeque non solum *pax*, sed etiam *incolumitas, sanitas*; vnde a LXX redditur per ὑγιαίνειν Gen. 29, 6.

c. 37, 13. c. 43, 27. 28. 4) מָתָם *integritas, perfectio, et sanitas*;

vt Esa. 1, 6. *A planta pedis eius usque ad caput, מָתָם אין בו מָתָם nulla*

est in eo sanitas, et Psal. 38, 4. 8. *nulla est in carne mea מָתָם inte-*

gritas, id est secundum LXX, *valetudo sanitas*. Nisi hoc malis de-

ducere a מָתָם *extendit*, vt ab *extensione et prorogatione vitae* no-

men acceperit. Apud Chaldaeos et Syros, 1) praeter מָתָם et

שלם, de quibus modo sub Ebraicis, 2) בְּרִיאָה *sanus*, proprie

apud Chal-
daeos et Sy-
ros,

i. q. Arab. بَرَاءٌ et بَرِيٌّ *purus, immunis, liber*, v. g. a labe, vitio,

morbo, indeque בְּרִיאָה *sanitas*. Apud Arabes, 1) praeter

apud Arabes,

حيٌّ *vixit*, de quo paulo ante, 2) صَحٌّ *proprie integer*, deinde

sanus fuit, et hinc صَحَّاحٌ *integer, et sanus*, Pl. اصْحَاحٌ ἰσχυόντες *sani*,

Matth. 9, 12. Apud Aethiopes, 1) praeter ሕዋ፡ *vixit*, et apud Ae-

thiopes.

de quo modo sub Ebraicis; 2) ጥዕዖ፡ *bene valuit*, vnde ibid.

ጥዕዖ፡ *oi ἰσχυόντες*; quod conuenire videtur cum Ebr. פָּטַע

fixit, indeque *firmavit, et plantauit*.

§. XII.

Obiectum artis medicae est vel personale vel reale. Et perso-

nale quidem obiectum est Homo, dictus, ex quo post lapsum mor-

talis esse coepit, Ebraice vel a termino vitae, מָתָם Pl. מְרִים,

Obiectum ar-
tis medicae
personale,
homo, a ter-
mino vitae,

h. e.

vel ab *infirmi-
tate* dictus, h. e. *terminabilis*, (vti Latinis *mortales*, nobisque *die Sterblichen*)
אֲנִיִּשׁ, Chald. et Sa-

mar. אֲנִיִּשׁ, Syr. اِنْسَانٌ, Arab. اِنْسَانٌ vel اِنْسَانٌ, Aeth. አንስ :

hoc est, *morbidus, infirmus, aeger, miser*; ab אֲנִיִּשׁ *infirmus fuit, aegrotauit*. Planum est enim, (vt COCCIVS in *Lex. Ebr.* sub illa voce notauit) *hoc nomen esse aduentitium a miseria incurabili, in quam cecidit per peccatum*. Nempe vt Apostolo Ebr. 7, 28. vocantur ἀνεργαστοι ἔχοντες ἀδένειαν, *homines peccato infecti, indeque infirmitati obnoxii*. Quin si nomen אֲנִיִּשׁ *homo* ex forma sua spectetur, abstractiuum potius, quam concretiuum est, notans *infirmi-
tatem* et *miseriam* ipsam velut in abstracto, ad instar אֲנִיִּשׁ *factor*, מְלִוּהָ *plenitudo*, חֹרֶר *nigredo*, cet. vt, quemadmodum dicitur, *senectus ipsa* vel *ipse morbus est*, sic dici queat, *homo ipse morbus est*. Speciatim homines *qua aegrotantes*, vocantur Matth. 9, 12. οἱ κακῶς ἔχοντες, indeque ibidem Syr.

speciatim
aegroti.

אֲנִיִּשׁ אֲנִיִּשׁ *qui male adfecti sunt*, Arab. اِنْسَانٌ *adfecti morbis*, Aeth. አንስ : *patientes, Patienten*, vocantur.

Aegrotare
quibus voca-
bulis adpel-
letur Ebraeis.

Aegrotare autem effertur, Ebraeis quidem 1) אֲנִיִּשׁ *infirmatus fuit*, et quod huic adfines est, 2) אֲנִיִּשׁ *aegrotare*, Psa. 69, 21. a quo et Graeca, νόσος *morbis* et νοσέω *aegrotare*, originem duxerunt. 3) חֹרֶר *languit*, spec. *ex profluuiio sanguinis*, Leu. 12, 2. 4) חֹרֶר vel חֹרֶר *dolere*. 5) חֹרֶר 2 Par. 16, 12. vel visitiore forma, 6) חֹרֶר *aegrotauit*, quod praecedenti חֹרֶר *dolere* adfines est, quia aliqui *morbis* coniuncti sunt cum *doloribus*; vnde et ipsum חֹרֶר *aegrotare*, alicubi *dolere* est, 1 Sam. 22, 8. Idem censendum

de

de 7) חָלַל *sauciatus fuit*, et 8) יָחַל ab הוֹחִיל *doluit*, Ier. 4, 19.

9) כָּאָב *doluit*. Porro qui *gravius aegrotant*, ita vt lecto adfixi sint, Ebraeis vel simpliciter שְׁכָבִים *decumbentes*, Pfal. 41, 9. vel

plenius לְמַשְׁכָּב נִפְלִים *cadentes vel lapsi in lectum*, *bettlägerig*, Ex. 21, 18. adpellantur, et lectus ipse, in quo decumbunt, Ebr.

עָרַשׁ דָּרִי, Chald. שְׁוִי מַרְעָא, אַמְפֵּן נִבְאָן, שְׁוִי מַרְעָא, Ar. وَجَعٌ وَجَعٌ, et Aeth. ሆረፍ፡፡ ሆረፍ፡፡ *lectus infirmitatis, morbi, dolorum et*

passionis, das Krankenbette, Pfal. 41, 4. Etiam *passiva voce* Ebraeis *aegrotare* dicuntur qui *gravius et paene incurabiliter aegrotant*: vt

Esa. 17, 11. כָּאָב אָנוּשׁ, et c. 30, 15. מְכָאָב אָנוּשׁ *dolor aeger*

passive, pro *aegerrimo et incurabili*; Ier. 15, 18. מַכָּה אָנוּשָׁה *plaga*

passive aegra, pro *immedicabili*; 2 Sam. 12, 15. וַיִּאֲנַשׁ *et aegrotavit*

passive, i. e. *lethaliter*; Dan. 8, 27. נַחֲלִיתִי *infirmatus fui*, pro *grauiter aegrotavi*. Quod ad ceteros Orientales; Chal-

ceterisque Orientalibus.

dacis, Samaritis, Syris, דָּוָח, קָטַב, כָּאָב, et כָּאָב est *doluit*, מַרַע et אָנוּשׁ *aegrotavit*: Arabibus vero نَوِيءٌ vel نَأٌ *aegrotavit*,

male habuit; كَيْبٌ *dolore languit*; مَرَضٌ *aegrotavit*, *de-*

bilis fuit, vnde Gallicum *merode*; سَعَمٌ *male habuit*, *aegrotavit*: ac denique Aethiopicis ጸጸጸ *aegrotus factus est*; ሙሙ: idem, proprie vero *passus fuit*.

§. XIII.

Reale vero medicorum obiectum sunt morbi, et hi vel ad medicinam in vniuersum, vel speciatim ad chirurgiam spectantes: tum hi, tum illi, vel generalioribus vel specificis nominibus suis dicti. Generaliora morborum medicis curandorum nomina Ebraica

Reale Medicorum obiectum, morbi, hique vel ad vniuersam medicinam

C

sunt

spectantes,
generaliori-
bus suis disti-
nominibus;

sunt 1) דָּרִי vel מְדוּהָ *languor*; 2) חֲבָלִים *dolores*, spec. *partus*, Ier. 13, 21. Iob. 21, 17. dicti a *ligando* seu *constringendo*; vt concipiuntur instar *funium*, qui et ipsi nomine חֲבָלִים veniunt, consimili orationis tropo ac Iob. 36, 8. *Capiuntur funibus miseriae*, מְחַלָּה, מְחַלָּה, חָלִי 4) et חִלְחָלָה *dolor*; 3) בְּחֲבָלֵי עֲנִי מְחַלָּי et תְּחִלּוּתָא *morbis*; 5) מְכַאֵב et כְּאֵב *dolor*; 6) צִיר idem, pariter a צָרָר vel צָרָר *ligare, constringere*, Esa 21, 3. Chaldaica vero et Syriaca, כִּיבָא, כִּבָּא *dolor*, et מְרַעָא, מְרַעָא *morbis*. Arabica, نَوِي وِجَعٌ vel سَعَمٌ, مَرَضٌ, نَوِي et نَوِي *morbis*, سَعَمٌ *morbis, dolor*. Aethiopica, ጸጽ: et ጸጽጸ: idem.

§. XIV.

vel ad chir-
urgiam spe-
ciatim, eo-
rumque no-
mina apud
Ebraeos,

Ad *chirurgiam* spectantium morborum vulnerumque nomina Ebraica sunt: 1) אֲבַעְבֵּעוֹת *pustulae, vesicae*, a בָּעָה *bullire fecit*, אֲבַעְבֵּעוֹת *effervuit, commotus fuit sanguis*; 2) חֲבָרָה (Esa. 53, 5.) vel חֲבָרָה *tumex, vibex*, ex tusione verberibusque, collecto sub cute sanguine vel pure, a חָבַר *collegit, coniunxit*; 2) מַכָּה *plaga, vulnus*, ac speciatim Esa. 1, 6. מַכָּה מְרִיחָה *vulnus humens, sanguine madens*, ab Ar. طَرُوٌ vel طَرِيٌ *recens fuit*, et huic adfini ضَرَأٌ *sanguine manavit vulnus*; 3) פָּצַע *vulnus ex scissione, a פָּצַע vulneravit, cui adfine est בָּצַע scidit, fidit, secuit*; 4) שִׁבְרָה *confractio*, vt, si membrum aliquod fractum habeas; 5) שִׁחִיזָה *vltus*. Chaldaica et Syriaca: 1) בּוּעָה et אֲבַעְבֵּעוֹת *pustula, vesica*, a בָּעָה et בָּעֵבֶע *bulliunt*; 2) חֲבָרָה et חֲבָרָה *vulnus*; 3) נִפְחָה et נִפְחָה *tumor*,

apud Chal-
daeos et Sy-
rios,

mor, ab inflatione, a נפח, Chald. נפחה, נפחה, נפחה, et נפח; fluit, influit, suffluit; 4) שִׁחֲחַנָּה et שִׁחֲחָן ulcus, a שִׁחָן, שִׁחָן, שִׁחָן, et שִׁחָן: caluit, incaluit. Arabica: 1) جرح et apud Arabes جرح ulcus et vulnus, a جرح et جرح vulneravit, vlcerauit; 2) نَغَطٌ ethymata, pustulae, a نَطٌ bulliundo effervuit; 3) نُوخٌ tumor. Aethiopica: 1) ἄῆλη: exulceratum fuit vulnus; et Aethio- 2) ልሳ: ulcus et vulnus; 3) ቀፋፋ: vulnus ex ictu hastae accipit. 4) ስብረት: fractura cruris; et 5) ቀፋፋ: vulnus.

§. XV.

Grauiores lethiferique tum morbi tum vulnera in Codice sacro sic describuntur: Deut. 28, 59. מְכֹרֵי גְדֻלַּת וְנֹאמְרוֹרֵי מְכֹרֵי גְדֻלַּת וְנֹאמְרוֹרֵי plagae magnae et perseverantes, et morbi mali perseverantesque; 1 Reg. 17, 17. וַיְהִי חֲלִיוֹ חֹק מְאֹד עַד אֲשֶׁר לֹא נִשְׁמָח בּוֹ נִשְׁמָח Fuit morbus eius validus valde, usque dum non remaneret in eo spiraculum; 2 Par. 16, 12. עַד לְמַעַלָּה חֲלִיוֹ usque ad summum procescit morbus eius; c. 20, 18. חֲלִי לְאִין מְרִפָּא morbus immedicabilis; v. 19. תְּחִלָּאִים רְעִים morbi maligni; Esa. 38, 1. חֲלָה חֲזָקִיהוּ לְמוֹת aegrotavit Hizkias ad mortem usque; Ier. 14, 17. גְּדוּלַּת שִׁבְרֵי דְגֹדוּלַּת מַכָּה נְחִלָּה מְאֹד plaga incurabilis ingens, et macha nchala mea valde; c. 15, 18. לֹמָה הָיָה כְּאֲבִי נִצָּח וּמִכְּתִי אֲנוּשָׁה מֵאֲנִי לֹמָה הָיָה כְּאֲבִי נִצָּח וּמִכְּתִי אֲנוּשָׁה מֵאֲנִי Quare factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea incurabilis, ita ut renuat sanari? Vide et quae §. XII. de pasivis morborum verbis modo diximus.

§. XVI.

Specifica
morborum,
vitiolorum vul-
nerumque
nomina in
Codice S.

Species morborum, vitiolorum, vulnerumque sequentes in S. Scriptura V. T. commemorantur: 1) Leu. 13, 2. שֵׁחַת אוֹ בַּהֲרַת סַפְחָה אוֹ בַּהֲרַת vulgo *tumor*, sec. Chald. *fossula*, rectius vero secundum interpretes Syr. Arab. *macula*, vel sec. Vulg. *diversus color*, aut *scabies*, (quae alibi et מַסְפַּחַת vel מַשְׁפַּחַת adpellatur) aut *papula alba*, seu praeludia leprae; 2) ibidemque v. 3. נֶגַע צִרְעָה *plaga leprae*, cum capillo in album mutato, et subsidente cute, qui est status leprae completae; et 3) v. 11. specialissime נֶגַע מוֹשְׁכָה צִרְעָה *lepra inueterata*, et 4) v. 51. 52. צִרְעָה מִמְאֲרָה *lepra*, sec. aliquos *amara* s. *molesta*, quasi ex cognato מָרַר *amarus fuit*, rectius forte *crudescens*, ex Arab. ^عل *irritauit*, et intransitiue *recreduiit*; 5) v. 30. נָחַק נָחַק *porrigo*, siue, vt ibidem per authenticam interpretationem declaratur, צִרְעָה הָרָאשׁ אוֹ הַזָּקָן *lepra capitis aut barbae*; 6) v. 39. בַּהֲקָ i. q. Arab. ^عل *vitiligo* siue *leuce*, qui morbus ibid. describitur בַּהֲרוֹת בְּהֵרוֹת לְבַנֹּת בְּחֵרוֹת *pustulae contractiores albae in cute carnis*; 7) Deut. 28, 27. *Percutiet te Dominus בְּשִׁחֵן מִצְרַיִם* *ulcere Aegypti, et mariscis, et scabie, et prurigine*. Ex quibus quid sit *ulcus Aegypti*, declarat ibidem v. 35. וְעַל הַחֲפָיִים וְעַל הַשְּׁקָמִים *ulcus malignum super genibus, et super tibiis s. cruribus*: forte idem malum, quod ibid. v. 60. his pingitur verbis, אֲשֶׁר יִגְרַח מִמֵּנֵיהֶם *omnes morbi Aegypti, a quibus timuisti*. Vide quae 10. CLERICVS in *Comment.* tum ad Deut. 7, 15. tum ad c. 28, 27. 35. de his morbis Aegyptiacis ex PLINIO et ex THEVENOTII *Itinere Orientali* excerptis. Alter vero morbus, עַפְלִים, sunt *tumores in obfcoe-*

obscœnioribus pudendisue corporis partibus, quales Philistæcis a Deo immisisti leguntur 1 Sam. 5, 6. 9. 12. ab העפיל *extulit se*, a quo et העפל *clivus*. Concinit Arab. عَقْل *tumore, simili herniæ vi-*
rorum, anteriore vulvæ parte laboravit mulier, camela, vnde عَقْلُ
ipse illo morbus. Ibidem pro עפליים secundum Kri legitur
 טהורים (quod et in ipso textu legitur 1 Sam. 6, 1 r.) et sic Chald.
 טהורים et Syr. حَمْدَنٌ verterunt, significatu eodem: probabili-
 ter ex cognato טור i. q. תור *obire, circumire*, ab orbiculari et ro-
 tunda figura. Arabibus vocantur باصور, بوسيس, باسور
 Plur. بواصير et بواصير *haemorrhoides*; افسس *auferus fuit*, vnde
 Ebr. בסר *omphax, vna immatura*: sicut et Lat. *marisca* proprie
vilis et insipida ficus est, et nostris quoque idem vlcis *Feigbla-*
tern et Feigwarzen audit. Tertium morbi genus גרב i. q. Chald.
 גרב vel גרבא, Syr. جربا, et Ar. جرب *scabies, a جرب sca-*
biosus fuit, siue potius ab similiter inchoato Ebr. גרב, Chald. et
 Syr. גרב, جرب et جرب *scapfit, abrasit*. Denique quartum mor-
 bi genus חרס *prurigo, scabies sicca*, nomen habet siue ab Arab.
 حرس *scabit ferro vel unguibus*, vnde idem חרס et *testam* notat,
 quali Iobus ad scabendum se usus fuit, Iob. 2, 8. vel quia *solem*
 pariter significat, potius ab *vrendo et ardendo*, ex cognatis חרה
arsit et חרה vsit. 8) Coniunguntur Exod. 4, 11 *Quis ponit*
 עור או חרס או אלים *mutum aut surdum, — — aut caecum?*

9) Est et plenior morborum malorumque adfectuum catalogus
Leu. 21, 18 — 20. עוֹר caecus, כְּסוּחַ claudus: חָרָם secundum τὰς ὁ.
καλοβόρρον qui mutilo et praefecto naso est, et sec. ONKELO SVM,
qui laesus est naribus; cui consonat Arab. أَخْرَمٌ qui fissum habet la-
bium vel imbricem narium, vel sectum nasi mucronem, vel perfora-
tam aurem; succisamue alam intermediam scapulae: שְׂרִיעַ praelongus

aliquo membro, ab הִשְׁתַּרַע extendit se, et Arab. شَرَعَ in longum
protendit, cui opponitur קָלוּט contractus, curtus; שְׁבַר רֶגֶל fra-
ctio pedis; שְׁבַר יָד fractio manus; גִּבְזוֹ gibbosus; רַק minutus f. iusto
gracilior; בְּעֵינוֹ תַבְלֵל in cuius oculo est suffusio ex albo nigroque;
גִּבַּר scabies; יִלְפַח impetigo, a quo est Gr. λεπίς squama, et λέ-
πρα lepra; מְרוּחַ אֶשְׁדָּ attritus testiculo. Item 10) Deut. 28, 21.

22. שְׂחָף pestis; שְׂחָפַת tabes, i. q. ibidem Arab. سَحَابٌ tabes,
phthibis, a سَحَفٌ refecuit a dorsi carne adipem, ab osse carnem;
conuenit et cum سَخَاةٌ macies; קַדַּחַת, דִּלְקַחַת et חֲרָחַר, species
februm, vtut, quomodo differant, determinare vix liceat, omnes
ab ardore dictae, haec a חָרַר vsit, illa a דָּלַק arsit, ista a קַדַּח

accendit; יִרְקוֹן i. q. Arab. يَرْقَانٌ vel كَرْقَانٌ, de homine, icterus
f. morbus regius, de fegete vero, vitium quo ante maturitatem
flauescit, vtrumque ab יִרְקָ viridis et flauus fuit, vnde et Lat.
morbus arcuatus vel arquatus, vom grün und gelb aussehen. Adde

11) Esa. 21, 3. כְּמַחְנֵיבִים חִלְחִלָה dolor in lumbis; 12) Ezech. 21,
11. שְׂכַרוֹן מַחְנֵיבִים fractio lumborum; Item 13) 2 Par. 21, 15.
מַחְלֵה מַעֲיָם vel מַחְלֵה חֲלֵי morbus viscerum, quem Elias Ioramo omi-
natus,

natus, hic vero ipso actu passus fuit, et hoc ita, ut post bien-
nium a morbo viscera effuderit v. 18. de quo vide b. 10. IAC.
KAMBACHIVM in b. 10. HENR. MICHAELIS Adnotatt. vber.
ad l. c. *Dysenteriae* genus fuisse ex eo colligi potest, quod Act.
28, 8. *δυσεντερία* Syro פָּנְדָה פָּנְדָה *dolor viscerum*, et Arabi
¹⁰فَنْدَه ³فَنْدَه ¹¹فَنْدَه *corrosio viscerum* dicitur: sicut et Gr. *δυσεντερία* est a
δύς difficultatem notante, et *έντερον* intestinum. Denique 14) 1 Reg.
15, 23. et 2 Par. 16, 12. rex Asia אֲתִירְזַלְיִי חָלָה אֶגְרוֹתָו בְּפִיטָיו *aegrotavit pedibus*,
quae *podagrae* periphrasis esse videtur. 15) 'Εδρωπιδός, seu aqua
intercute laborans, in toto codice V. et N. T. nonnisi semel me-
moratur Luc. XIV, 2. redditurque Syr. פָּנְדָה פָּנְדָה *passus con-*
gregationem aquarum, Aeth. ቆጥሮ: *passus congregationem* sim-
pliciter, Ar. ¹¹⁰¹⁰³سوسنسيي *qs. potu rigatus*, quod nomen interpre-
Perf. ex Syro verrens, ut terminum artis retinuit, sed cum ad-
iecto scholio: i. e. *tumefactus toto corpore*. A quo Arabico et Grae-
cum ἀσπιδης species aquae intercutis non minus, quam ἀσπιδες υτερ,
forte nomen habet.

§. XVII.

Specialissime *pestis* siue *pestilentia* Ebraeis adpellatur דָּבָר, Specialissima
a verbo דָּבָר, non qua locutus est significante, sed qua duxit, nomina
egit, impulit, pec. stimulo; vnde Psal. 18, 48. וַיַּדְּבֶר עַמִּים תַּחְתָּי. Ebraica pe-
fistis.
er egit populos sub me, id est, subegit vel subiecit mihi, דָּבָר du-
ctus, actus, דָּבָר דָּבָר, ab agendo et impellendo, דָּבָר דָּבָר,
aculeo suo, velut stimulo bouem aratorem agricola, impellens,
et per litterarum metathesin, דָּבָר דָּבָר, aculeus, stimulus: ut *pestis*,
perinde ac 1 Cor. 15, 56. *peccatum*, concipiatur tanquam דָּבָר דָּבָר
דָּבָר

ἄρον τῆ θανάτου stimulus mortis. Vnde denominatiuum דָּבַר *perdidit, exitio dedit.* Quomodo et Arabibus a طَعْنٌ, quod Ioh. 19, 37. τῷ νευτέῳ *pungere* siue *perforare* respondet, passiuum طُعِنٌ est *peste ictus fuit* & *laborauit et interiiit*: et *pestis* ipsa στυγνύμωσ adpellatur وِصَالُ الْحَسَنِ *hastae* s. *lanceae Diaboli*, apud I. A. C. GOLIVM in *Lex. Arab.* c. 1038. Vocatur et הַמּוֹת *mors* velut ipsa, hoc est, lethiferorum morborum teterrimus, Ier. 15, 2. utpote ubi הַמּוֹת *mors* ita, ut in parallelo c. 34, 17. הַדָּבָר *pestis, gladio, fami et captiuitati* contradistinguitur. Eodemque significato sumitur etiam in N. T. vox θάνατος *mors* Apoc. 6, 8. et vicissim Ebr. דָּבַר *pestis* a LXX vertitur θάνατος, a Chaldaeis interpretibus et Syro מוֹתָא אֲלֻסָּ, vel מוֹתָא אֲלֻסָּ *mors*, Num. 14, 12. Deut. 28, 21. 2 Sam. 24, 13. 14. et alibi saepissime.

§. XVIII.

Specifica
morborum
dolorumque
nomina apud
Chaldaeos et
Rabbinos,

Ceterorum Orientalium specifica morborum dolorumque nomina omnia congerere, pro nostro quidem instituto nimis prolixum foret; aliqua tamen illorum speciminis loco subiiciemus. Ut apud Chaldaeos Rabbinosue: 1) גִּלְגֻלַת מוֹרְבֵּי *morbus*, 2) יָדַיִם *manuum*, siue *chiragra*, 3) הַנוּפֵל *et חֲנֻכְפֹּרָה* *caducus*, i. e. *epilepsia*, 4) שַׁחֲקֵי *strangulatorius*, i. e. *angina*, 5) יֶרְקוֹן *auriginosus*, seu *icterus*, 6) מַסַּס *omasi*, 7) מַעִים *viscerum* s. *coliacus*, 8) גְּסִים *iliofus*, quo ilia male adficiuntur, 9) גִּידִים *resolutionis nervorum*, i. e. *paralysis, hemiplexia, apoplexia*, 10) הַסִּיאוֹר *phreneticus*, s. *phrenitis*, 11) צַלְעִים *laterum*, i. e. *pleuritis*, 12) קִילְבוֹן *ischiatricus*, 13) נִקְמָא *ex pteri relaxatione proueniens*, 14) קַרְדֵּינִיקוּס *stomachi*,
f. 209.

1. καργασιμαδος, 15) pedum רגלים, i. e. podagra, arthritis, 16) שחרונה ischiaticus, 17) שחפה ex ulceratione pulmonis proueniens, i. e. phthisis, 18) שחפתה intumescere faciens corpus, i. e. hydropisis, 19) שיחתה haemorrhoides, 20) השלשול dysenteria.

Quae omnia in vnum collecta nobis dedit Edm. Castellus in Lex.

heptagl. c. 124r. sq. Apud Syros specifica dolorum nomina, ex apud Syros,

recensione eiusdem Castelli ibid. c. 1660. haecce sunt: داء دolor

1) داء viscera, i. e. dysenteria, 2) داء elephantia, 3) داء

dors, nephritis, 4) داء bemicrania, 5) داء iunctura-

rum. Nomina vero ulcerum ibid. c. 3728. داء vlcus 1) داء

malum, i. e. cancer, 2) داء vomica, 3) داء struma, apo-

slema, cicatricem ducens, 4) داء marisca, ficus morbus. Apud et apud Ara-

Arabes item, secundum Golium in Lex. Arab. c. 880. داء

elephantiasis, داء morbus vulpis, i. e. alopecia. Et secun-

dum eundem ibid. c. 864. vulnera capitis, secundum suas species

et gradus, sunt undecim: 1) داء et داء leuissimum capitis

vulnus, et contusio s. fractura capitis findens nonnihil cutem,

2) داء e quo sanguis quidem emanat, sed non fluit, 3) داء

cruentum, 4) داء cruore manans, 5) داء carnosae cuti capi-

tis instictum, nec pericranium penetrans, 6) داء ad pericranium

pertingens, 7) داء patens et quasi ossis albedinem conspicuam

praebens, 8) داء vulnus ex contusione qua os confringitur, pec-

vbi non adparent squamae aut fragmenta, 9) ^{عظام} ^{عظام} ossa rumpens, et
 particulas eorum seprans, ac velut e loco suo transferens, vt eximi de-
 beant, 10) ^{كسر} ^{كسر} fractura capitis, quae ad cerebrum pertingit, eo ta-
 men illaeso, et 11) ^{جرح} ^{جرح} vulnus capitis ad cerebrum vsque penetrans.

Plura qui voluerit, Arabes medicos AVERROEM ET AVICEN-
 NAM adeat oportet.

§. XIX.

Mors ipsa
 pingitur vt
 meta,

Mors ipsa, in quam morbi tandem desinunt, vocatur Ebr.
 מוֹת, Chald. מוּתָא, Syr. ^{موت}, Arab. ^{موت}, et Aeth. ^{ጦት}:

actusque moriendi מוֹת, Ch. מוּתָא, ^{موت}, et ^{ጦት}: quibus
 vocabulis et significatu et litteris conuenit cum aduerbio מוֹתָ et

^{متى} quando? vsque quo? quod protensionem vsque ad terminum no-
 tat, ipsique Latino meta consonat, ex verbis ^{متى}, ^{متى}, Ebr.

^{מת}, ^{מת}, ^{מת} et ^{מת} extendit. Vnde apud Golium in Lex.
 Arab. p. 16. Arabibus per paronomasiam dicitur: ^{اموت طريق}
^{موت} ^{موت} ^{موت}, Mors via communis est, et omni viuenti

vt rex terro-
 rum,

META. Eadem mors sistitur Iob. 18, 14. vt ^{מלך בלהות} rex ter-
 rorum, i. e. *terribilis, terrores incutiens*: et quidem vt *rex*, quia
 imperio eius per peccatum subiecti sunt omnes omnino ho-
 mines, coll. Rom. 5, 14. ^{Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ με-}
^{χρι Μωσέως κ. τ. λ.} *Regnavit mors ab Adamo vsque ad Mosen ceter.* vt
terribilis vero, quia extra Christum si spectemur, mors est ^{πάν-}
^{των τῶν φοβεῶν φοβερότατον}, *terribilium omnium terribilissimum*,
 quod *Aristoteles* olim dixit; indeque Ebr. 2, 15. Christus dicitur
 venis-

venisse, ut liberaret bos, qui per omnem vitam φόβος θανάτου ἐνοχλοῖ
 ἦσαν δελείας, timore mortis obnoxii erant seruituti. Vocatur et
stipendia peccati Rom. 6, 23. i. e. merces, quam peccatum sibi, ceu
 regi, seruientibus tribuit. Vide Programma academiae nostrae
 paschale anni 1751. p. 6. 7. Píngitur item mors vt pater, mor- vt stipen-
 bi vero vt filii, coll. Iob. 18, 13. vbi morborum terribimus no- dium peccati.
 mine primogeniti mortis venit. Vocatur et complementum Esa. 38, vt pater mor-
 12. 13. exitus Luc. 9, 31. 2 Pet. 1, 15. et ἡ ἀπόθεσις τῆς σκευῆς μα- borum, cet.
 τος ibid. v. 14. Vide C. H. RITTMERI disp. de Nomenclatu-
 ris mortis emphaticis, Helmst. Denique status hominis post mor-
 tem ratione corporis describitur Esa. 14, 11. Subter te sternetur ti-
 nea, et operimentum tuum erunt vermes.

§. XX.

Sanitatis restitutio, siue *consanescencia* et *conualescentia*, Ebraicis Consanescen-
 iisdem fere vocabulis, quibus *status sanitatis*, (vide §. XI) effertur: tia et sanatio
 nominatim per יָחַי vixit, viuus mansit, reuixit, vt Ios. 5, 8. quomodo ad-
 וַתָּחַי עַד חַיִּים vsque dum reuixissent, secundum LXX, ἕως ὑγιαινεισθαι pelletur apud
 donec sanati fuissent, s. conualuissent; Esa. 38, 9. בְּחַלְוֵתוֹ וַיְחַיֵּי quomodo ad-
 מְחַלְוֵתוֹ cum aegrotauisset, et vixisset, (i. e. secundum Vulg. con- pelletur apud
 valuisset, et fec. Chald. sanatus fuisset) a morbo suo; 2 Reg. 1, 2. Ebraeos.
 וְהָיָה מְחַלְוֵתוֹ אִם אֲחִיָּה מְחַלְוֵתוֹ an conualescam a morbo hoc? quomodo et Syr.
 ܘܝܚܝ et Aeth. ሕ.ዐዕ: vixit, Matth. X, 22. c. XIX, 22. 25. Ioh.
 IV, 52. respondent Graeco σωθήσεται saluari, vel κομψότερον ἔχειν me-
 lius habere, id est, *consanescere* vel *conualescere* a morbo: et ad imitatio-
 nem Orientalium, ipsum Gr. ζῆν viuere in stilo N. T. Ioh. IV, 50.
 ita vt *conualescens* concipiatur veluti *reuiuiscens ex mortuis*, et confer-
 ri mereatur illud *Martialis* dictum: Non est viuere, sed valere, vita.

2) חֲזַק *validus factus est*, i. e. *conualuit*; vt Esa. 39, 1. *Audiuerat*, quod aegrotauisset, וַיִּחַזַק, Vulg. *et conualuisset*, Chald. *sanatus esset*. 3) חָלַם *valuit*, Iob. 39, 4. Hiph. הִחַלִּים *sanauit*, Esa. 38, 16. et hinc וַיִּחַלֵּם *sanatus fuit*, Ioh. 4, 52. 4) יָרַד *descendit de lecto*, quem aegrotare incipiens *conscenderat*, 2 Reg. 1, 4. 6. 5) קוּם *surgere, resurgere de lecto*, in quo aegrotans decubuerat, vt Ex. 21, 19. אִם יָקוּם *si surrexerit* *consanescens*, cui ibid. v. 18. opponitur, *si למשקב נפל* *ceciderit in lectum*; Dan. 8, 27. vbi post *confectus et infirmatus sum per aliquot dies*, sequitur, וַאֲשֶׁר שָׁכַב לַיָּמִים וַאֲקוּם *surrexi vero*; et Psal. 41, 9. וַאֲשֶׁר יוֹסִיף לָקוּם *et qui decubuit*, (loquitur de aegrotante) *non perget surgere*. Quomodo et Iac. V, 15. ἐγχεῖ δυνδὸν ὁ Κίριος: ad quem locum conferri meretur I. G. Wolfius in *Curis*. 6) נִרְפָּא *curatus est*, puta cum effectu, i. e. *conualuit*. 7) Psal. 41, 1. כָּל־מִשְׁכָּבוֹ כָּל־יְמֵי־הַפֶּקֶת בַּחֲלִיָּו *omnem decubitus eius vertisti s. mutauisti*, o Deus, *in morbo eius*, i. e. *consanescere fecisti eum*. 8) שׁוּב *reuertere*; vt Ex. 4, 7. שָׁבָה כַּבְּשֵׁרוֹ *reuerterat*, id est, *consanuerat*, priori fanitati restituta erat, manus eius, *vt caro eius* reliqua: quomodo et nobis *wiederkebren* de *consanescentibus* dicitur, et Ar. تُأْتِي *reuertere est conualescere, redire ad pristinam valetudinem*. Chaldaeis, Syris et Arabibus id exprimitur per *أَسِي*, *أَسِي*, *أَسِي* et *أَسِي* *conualuit*: Insuperque per *أَسِي* et *أَسِي* idem, *proprie liber, immunis, purus euasit*, et *أَسِي* *sanatus fuit*.

§. XXI.

Speciatim *vulnerum confanescencia* Ebraeis exprimitur: Ier. *Vulnerum*
 8, 22. מָדוּעַ לֹא עָלְתָה אֲרָכָה בַּת עַמִּי *Quare non ascendit* (i. e. *inprimis con-*
fanescencia
crevit, succreuit, obducta fuit) *sanatio* (i. e. *caro cutisque vulne-*
ris confanescens) *filiae populi mei?* siue, vt Vulg. vertit, *Quare*
quomodo de-
scribatur
Ebraeis,
igitur non est obducta cicatrix cet. Et c. 30, 13. רְפוּאוֹת תְּעָלָה אֵין לְךָ
 לְךָ *sanationes coalitus nullae sunt tibi.* Ex quibus duobus locis
 colligimus, תְּעָלָה et אֲרָכָה, ab his vero
 differre רְפוּאוֹת vt genus a specie. Vbi tamen רְפוּאוֹת et מְרַפֵּא
 contradistinguuntur תּוֹסֵף אֲרָכָה et תְּעָלָה, haec inchoatum, illa
 completam vulneris curationem notant: vt Ier. 30, 17. הֲנַנִּי
 הֲנַנִּי אֵלֶיךָ אֲרָכָה לְךָ וּמִמְפֹתֶיךָ אֲרַפְאֵךְ
Ecce ego succrescere faciam
 (Vulg. *obducam*) *cicatricem tibi, et a vulneribus tuis sanabo te;* et
 c. 33, 6. הֲנַנִּי מֵעַלְתָּ לָּהּ אֲרָכָה וּמְרַפֵּא *Ecce ego succrescere faciam*
ei coalitum vulneris et sanitatem, vel secundum Vulg. Ecce ego
obducam eis cicatricem et sanitatem. Similiter Psal. 147, 3. quod
 in Ebraeo est לְחַבֵּשׁ לְעַצְבוֹתָם אֲדַבֵּר *ad obligandum dolores eorum,* id
 metaphrasta Chaldaeus reddidit, מִסַּק אֲרָכָה לְצַעֲרֵיהֶן *adscen-*
dere s. *succrescere facit cicatricem doloribus eorum.* Nempe quid sit
 אֲרָכָה, liquet ex Arab. *أَرَكِي* *detumuit et mitigato dolore sanatum*
fuit vulnus, aequabili et rubicunda carne coaluit: idemque valet
 תְּעָלָה *coaluit,* ab עָלָה *adscendit,* spec. de vegetabili, *crevit, suc-*
creuit, wachsen, specialissime de vulnere, *coaluit, zuwachsen;*
 certe Lat. simplex *alesco* Ebraeo עָלָה prorsus est harmonicum.
 Arabibus infuper dicitur *أَرَفِي* *coaluit, obductum fuit vulnus, ap-*
 et Arabibus.

propinquansibus et adductis inter se oris; **אֲדָמָה** conualuit, siccatum
consolidatumque, et cicatrice obductum fuit vulnus, **לִרְקָה** coaluit,
vnde **לְרֹקַח** medicamentum, quod vulneri impositum relinquitur, do-
nec id coaluerit.

§. XXII.

Pharmaca s.
medicamenta
et emplastra,
eorumque
nomina apud
Ebraeos, pri-
mo genera-
tim,

Quod ad pharmaca siue medicamenta et emplastra generatim,
recte monuit SIRACIDES c. 38, 4. *Altissimus creauit de terra
medicamenta; v. 5. Nonne a ligno indulcata est aqua amara? et v. 7.
In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta sua-
uitatis, et unctioes conficiet sanitatis.* Iam ante lapsum primo-
rum parentum succrescere Deus iuserat in medio paradisi **עֵץ
הַחַיִּים** arborem vitae Gen. 2, 9. procul dubio, vt esset medium
conseruandae vitae singularissimum: vnde c. 3, 22. homo post
lapsum expulsus e paradiso fuit, *ne (vt inquebat Deus) exten-
dat manum suam, et accipiat etiam de arbore vitae, comedatque, et
viuat in aeternum.* Cuius arboris vim, vtut propter infirmita-
tem et hebetudinem nostram vix intelligamus, tamen testimo-
nio ipsius Dei suffultam pie reuerenterque suspicimus. Eius
antitypus est Christus, coll. Apoc. 2, 7. c. 22, 14. Simili ad eam
allusione Ezechiel vates c. 47, 12. vidit arbores ad vtramque ri-
pam fluminis e sanctuario egredientis, quarum folia futura essent
לְחֵרֶשֶׁת in medicamentum; plane vt et Ioannes Apoc. 22, 2. **ξύλον
ζωῆς, καὶ τὰ φύλλα τῆς ξύλου** eis *θεράπειαν τῶν ἐθνῶν*, *lignum vi-
tae, — — et folia ligni ad sanitatem gentium.* Speciatim in fa-
ceris litteris vt pharmaca laudantur: 1) **בְּכַחַת** vel **בְּכַחַת** *pulsis aro-
matarius*, Gen. 37, 25. c. 43, 11. dictus a *conterendo*, a **כָּחַת** Hiph.
הִכָּה *percussit*, spec. *contriuuit*; cuiusmodi contritum aroma Cant.

deinde spe-
ciatim,

3, 6. vocatur **חֲבֵלָה הַמַּיִים** *pulvis aromatarii*. 2) **חֲבֵלָה הַמַּיִים** *masfa ficuum*, ulceri pestifentiali quanquam miraculose curando adhibitum, Esa. 38, 21. 3) **רֶשֶׁת** *resina*, peculiariter in Gileaditide nascens, sanandis vulneribus apprime apta: vnde Ier. 8, 22. **אִם בְּגִלְעָדִיתִּים אֵין רֶפֶא אִין שָׁם** *Nullane (inquit vates) resina in Gileaditide? an medicus ibi nullus?* et c. 51, 8. **קָחוּ רֶשֶׁת לְמַכְאֵבָה** *Capite resinam dolori eius, forte sanabitur*. LXX id virobique **ῥητίνην** verterunt, et hinc Arabs **قَدْوْنِيَّة** *resinam*: indidemque ductum est Aeth. **ር.ጠ.፮**: *resina*, et medicamen in genere; sicuti ab Arabico Latinum *resina colophonica*, nostrumque *Calfunien*, a **قَلْف** *decorticauit*; Ebr. vero **צָרַי** a **צָרָא** *manavit*, et hinc **צָרו** *lacryma arboris Cancam*. Inprimis quoque huc pertinet locus Sap. 16, 12. vbi cum respectu ad Psal. 107, 20. apocryphus auctor ita: **Καὶ γὰρ ἄτε βοτάνη ἄτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτοὺς, ἀλλὰ ὁ σὸς, Κύριε, λόγος ὁ πάντα ἰώμενος**. *Enim neque herba neque malagma sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia*. 4) **מֶלַח** *sal*, adspergi solitus apud veteres recens natis infantibus, coll. Ez. 16, 4. **Die, quo nata fueras** — **מֶלַח לֹא** *saliendo non salita fuisti*; concinente GALENO, qui de Sanitate l. I. c. 7. scripsit: **Sale medico insperso cutis eius (infantis) densior solidiorque redditur**, cet. qui mos hodiernum apud Arabes superest, teste TROILONE in *Itinerario Orient.* p. 721.

§. XXIII.

Apud Chaldaeos Syrosque *pharmacorum* nomina sunt: apud Chaldaeos item Syrosque,

1) **מַלְוָמָא**, ex Gr. **μάλαγμα** *malagma*, de quo IO. BUXTOR-

FIVS

FIVS *Lex. Talm. c. 1207.* 2) סם odor, aroma, mediae significa-
 tionis, *pharmacum* tam *malum* quam *bonum* notans. Vnde TAL-
 KVT in *Legem* f. 306. a. לשמרה בתורה לשמרה תורתו ככל העוסק
 כעשית לו סם חיים--וכל העוסק בתורה שלא לשמה נעשית
 .למות. *Quicunque operam dat Legi propter ipsam Legem, ei*
fit Lex eius aroma vitae: — et qui non operam dat Legi propter
ipsam, ei fit odor s. aroma mortis: simili fere ratione ac Paulus
 dicit 2 Cor. 2, 15. ὄσμη θανάτου et ὄσμη ζωῆς , vt idem BUXTOR-
 FIVS *ibid. c. 1494.* obseruauit. Inde Syris ܦܪܡܐܩܘܡ *pharma-*
cum vitae, i. e. *theriaca*, et ܦܪܡܐܩܘܡ *pharmacum* spiritus, i. e.
Alexipharmacum. 3) De ܦܪܡܐܩܘܡ herba medicinali, vel unguento, vel
 apud Arabes, *emplastro*, vide Buxtorfium *Lex. Talm. c. 1507.* Arabibus item
 celebrantur 1) وَشْوَع vel وَشْوَع *medicamentum*, quod naribus in-
 ditur vel ori; 2) لُدُون *medicamentum*, quod inserto vasculo per alte-
 rum oris angulum aegroti infunditur; 3) سُلْوَان *remedium* moeroris,
 quod et مُفْرِج *exhilarans* medicis adpellatur; 4) صَابِئَة et
 5) ضَمَان *fascia*, qua obligatur vulnus; 6) مِرْهَم *emplastrum*, Esa.
 1, 6. 7) رَفَادَة *panniculus complicatus*, qui vulnere imponitur. Et
 apud Aethiopes. Aethiopicis ገረግረግ : *unguenti species*, de qua IOB. LVDOLFVS
Lex. Aeth. p. 26. ሀረገረግ : *medicamentum*, salubre pariter ac no-
 cium: Denique in N. Testamento laudatur *oleum vinumque*, siue
 (vt Syr. Pers. et Aeth. inuerso eoque magis naturali ordine ex-
 hibuerunt) *vinum oleumque*, curandis vulneribus infusum, Luc.
 10, 34. *vinum* quidem, ad repurgandum a sordibus et defenden-
 dum a putredine vulnus; *oleum* vero, ad mitigandos dolores,
 et vt coalescat vulnus, coll. Celeberr. DAN. WILH. TRILLERI
 Notis

Notis apud WOLFIVM in *Curis* ad l. c. Plurima huc pertinentia reperiet, cui habere et intelligere contigerit Lexicon illud MStum laudatum a THOMA HYDE in *Hist. religionis vett. Persarum* p. 425. quod continet simplicium medicamentorum nomina 8224, eaque in tribus linguis, Persica, Arabica et Indica, cum singulorum medicamentorum dosibus, virtutibus, cet.

§. XXIV.

Arabibus item originem suam debent vocabula quaedam Arabibus originem suam debent vocabula materiae medicae, aliaque in officinis vsitata: vt sunt *casicara* et *cascarilla*, a قشیر cortex, crusta; Gen. 30, 17. Act. 9, 18. et hoc a materiae medicae.

Verbo قشیر abrasit, nudavit cortice, crusta, cuticulâ; *syrupus*, a شراب idem, et *potus*, a شرب bibit, sorbuit; *colophon*, vnde *resina colophonia*, a قلف decorticavit; *amomum*, ab حامام idem, de quo multis agit Thomas Hyde ad *Peritolidis* Trinera mundi p. 101. sq. βέριχος et *burichus*, itemque *borax*, a جوزف nierum et *apbronitrum*, et hoc a برف i. q. Ebr. ברק fulsit, splenduit, coll. B. Mich. Alberti disp. de Borace §. II. p. 9. *calamus*, spec. aromaticus, a قلم praescidit, rescuit, subsecuit; *camphora*, a كافور idem, et *inuolucrum florum palmae virisue*, et, ex mente Muhammedanorum, nomen fontis in paradiso; *sesamum*, *sesaminum*, a ساسم idem, de quo adeundus Sam. Bochartus in Hieroz. P. II. p. 144. *cali* et *alcali*, a قدي cineres qui ex *salicornia* similibusue combustis herbis conficiuntur,

tur, et hoc a قَلِي coxit in sartagine, frixit; νόφθα et naphtha, a نَعَط idem, et hoc a نَعَط bulliundo efferbuit; np. a bulliundo et scaturiendo, coll. P. I. a Strahlenberg in der Beschreibung des nord- und ostl. Theils von Europa und Asia p. 408. In der Persischen Provinz Schirvan bey Schamakei sind 2. grosse Quellen, welche sehr guten Naphtha, und viele andere, die den schwarzen geben. — Bey der Stadt Susa in Persien wird dieser Naphtha auch gefunden, welcher der beste seyn soll. Elixir, ab اَلْكَسْبِي idem, et vt Golius in Lex.

Arab. c. 2033. addit, *essentia seu substantiae vis arte elicitæ, peculiaris philosophicus, vt vulgo dicitur; χημεία, et chemia vel chymia, siue auro, vt putatur, siue medicamentis igne parandis inferuiat; quæ nomina Arabicae originis esse, vel ipse Articulus Arabicus Al, iisdem vocibus Alchemia et Alechymia aliquando præfixus, satis prodit. Nempe originem ducunt a cognatis thematibus حَام, حَم, Ebr. חַם, et وَحْم, Ebr. יָחַם arsit, caluit, ferbuit: vnde quod Prou. 27, 21. in Ebraeo est מַצְרָחָ לְכֶסֶף וְכֹר לְזָהָב constatorium est pro argento, et carinus pro auro, id interpres Arabs reddidit, Chemia (proprie candefactio seu ignitio) est exploratio argenti et auri.*

§. XXV.

Alia vocabula
medica origi-
nem suam
lucemque
debent
Orienti.

Denique aliorum *naturalium* denominationes ex Orientali philologia lucem capiunt: vt *sal*, Germ. *Salz*, a *salendo*, vom *springen*, i. e. *quellen*, pro quo Graecis dicitur ἄλας et ἄλας, ab ἄλλασθαι *salire*, *springen*, vnde Ioh. 4, 14. πηγήν ὕδατος ἀλλομένου *fons aquae salientis*, i. e. *scaturientis*, et hoc ab עלה *ascendit*, *scaturit*,

turrit, Num. 21, 18. עָלִי בָּאֵר *ascende*, (i. e. *scaturi*,) *fons*.

Idem *sal* dictum Ebr. מֶלַח, Ch. מֶלַח, מֶלַח, מֶלַח, ab *secan-*
do et *acrimonia*, ab eodem themate, a quo et מֶלַח, Ch. מֶלַח,

מֶלַח *nauta*, qui mare *secat* *fulcatue*, מֶלַח *scisfae*
vestes, et a cognatis מֶלַח: *acutus fuit*, מֶלַח *secuit*. *Silphium*, ra-
dix suaui odoris, quae nascitur in Libya, ad condimenta et me-
dicinas apta, cuius succus eodem nomine veniens est prio-
rissimus, nomen hoc suum debens Arabum linguae, in qua
سَلْفٌ vel سَلْفَةٌ est *primus succus* cuiusque rei *expresus*, ac pe-
culiariter *mustum*, Ex. 22, 29. Num. 18, 27. Deut. 22, 9. Act. 2,

13. a سَلْفٌ *praecessit*, cet. Ex *Botanicis*, cf. *Epist. Praefidis de*
herba Borith, ex Ier. II, 22. et Mal. III, 2. scriptam a. 1728. ad b.
Fridericum Hofmannum: et generatim OLAI CELSII *Hierobora-*
nicon, siue *de Plantis S. Scripturae*, Vpsal. 1745. Habuit hic ad
manus MStum *Abulfadli fil. Ahmed Schierzi:jbitae*, tractans *de Me-*
dicina et re botanica, quod olim *Iac. Golii* fuerat, non temere
quidquam omitrens, quo naturalis historia totius Orientis illu-
strari queat.

§. XXVI.

His modo expositis, quae ad *Therapeuticam* spectant, ap-
pendicis loco adiungimus nomenclaturam *honorarii* siue *medico* *medici*
siue *chirurgi pro curatione dandi*. Vocatur autem Ex. 21, 19. se-
cundum interpretes Graecos τὸ ἰατρικόν, *sec. Vulg. impensae in*
medicos, et secundum Chald. ac Syr. מֶלַח וְכֶסֶף et מֶלַח וְכֶסֶף
merces medici. Quam in rem adplicare fas est illud *Siracidae*
monitum c. 38, 1. *Honora medicum*; et generatim, quod *Paulus*
monet 1 Tim. 5, 18. *Dignus est operarius mercede sua*.

E 2

§. XXVII.

§. XXVII.

Semeiotica

Ad Semeioticam medicinae partem pertinuerit, tum illud Ioh. II, 12. *Domine, si dormit Lazarus, saluabitur*; tum quod legitur in Iudaeorum *lalkut* ad Leg. f. 10. a. *Sex sunt res, quae sunt*

et Diaetetica
facta.

סימן טוב לחולה SIGNVM BONVM PRO AEGROTO: *sternu-
tatio, sudor, diarrhoea, somnus, somnia, gonorrhoea.* Ad Diaete-
ticam vero C. G. TROPANEGERI disputatio, sub praesidio
B. FRIDERICI HOFFMANNI apud nos habita, *de Diaetetica sa-
crae Scripturae medicina*, Halae 1718. et quod Talmudici docto-
res in BERACHOTH f. 57. b. tradunt: *Decem reducunt aegrotan-
tem ad morbum suum, et hunc grauiorem reddunt: esus carnis bubulae,
caro pinguis, caro asfata, caro auicularum, ouum asfatum, rasura
vel tonsio capillorum, שיחליים f. ficus immaturae, lac, caseus, bal-
neum.* et Rabbini apud BVXTOREIVM in *Lex. Talm.* c. 2250. *רסיה בלא כמכה בלא שתייה אכילה בלא שתייה* *Cibus sine potu, est sicut
vulnus sine emplastro.*

§. XXVIII.

Anatome
corporis hu-
mani sec.
suas partes,
tum externas,

Vt ne autem *Anatomicam* omnino praetereamus, iuuabit
partes corporis humani, tum internas tum externas, in S. Co-
dice Ebraeo nominibus suis memoratas, haec adferre. *Externae*
igitur partes in linea ascendente sunt: אצבעות הרגלים, *pes,*
אצבעות הרגלים, *digiti pedum,* בהנות הרגלים, *pollices pedum,*
כף הרגל, *planta pedis,* קרסל, *talus,* קרסל, *talus,* שוק, *tibia,* כרעים, *crura,*
עקב, *calcaneus,* אפס, *vel* קרסל, *talus,* שוק, *tibia,* כרעים, *crura,*
ברך, *genu,* ירך, *femur,* vel *latus,* מפשעה, *coxendix,* os femoris,
כף הירך, *acetabulum femoris,* ערוה, *vel* מבשים, *pubenda,* שפכה,
פרישוץ, *vel* פת, *podex,* כסל, *lumbus,* vel *hypochondrium,* et
fec. alios *ischium,* Iob. 15, 27. חלצים, *vel* מתנים, *lumbi,* בטן,
שפכה, *venter,* שרר, *vel* שרירים, *umbilicus,* צלע, *latus et costa,* חמש, *regio*
corporis

corporis ad quintam costam, secundum LVDOLFVM Lex. Aetb.
 c. 31. i. q. **חֲסוּת**: *pudenda*, **גב** et **גו** *dorsum, tergum*, **חזה** *pe-*
ctus, **דד**, **שר** vel **שד** *vber, mamma*, **יד** *manus*, **אכף** vel **היד** *כף*
palma seu vola manus, **אצבעות הידים** *digiti manuum*, **בהכורה**
הידיים *pollices manuum*, **קטן** *digitus minutus*, **צפרן** *unguis*,
זרוע vel **אזרוע** *brachium*, **אמרה** *ulna, cubitus*, *pars inferior*
brachii, Ellenboge, **קנה** *superior pars brachii*, **אציל** *axilla, ascella*,
כתף *scapula, das Schulterblatt*, **שכם** *humerus, iunctura et inter-*
stitium utriusque scapulae, **צואר** *collum*, **גרון** *guttur*, **גרגרות**
regio gutturis, **פנים** *facies*, **פה** *os*, **שן** *dens*, **Du. שיניים** *dentes*
utriusque ordinis, inferiores et superiores, **חד** *lingua*, **חך**
palatum, **מלתעות** et **מתלעות** *dentes molares*, **מלקחים** *fauces*,
quibus cibus capitur, **שפה** *labium*, **שפם** *mentum, mystax*, **זקן**
barba, indeque **Syr. زعن** et **Ar. ذن** *mentum*, **לחי** *Du. לחיים*
gena, maxilla, **אזן** *auris*, **Du. אזנים** *ambae aures*, **רקה** *tempora,*
die Sebläse, *a tenuitate ossis dicta, vt nobis dünne Ende*, **גלגלת**
calua, caluaria, cranium, **אף** *nasus*, **אפים** *nares*, **עין** *oculus*, **Du. עינים**
ambo oculi; **בת עין**, vel **פברת**, vel **ברת עין** *pupilla oculi*,
עינים *palpebrae oculorum*, **עינים** *supercilia oculorum*,
מצח *frons*, **ראש** *caput*, **קרקוד** *vertex*, et **ערה** *cervix*. *Internae* **תומ** *internas,*
vero corporis partes vocantur: **עצם** *os, ossis*, **עורקים** *venae, ar-*
teriae, **גיד** *neruus*, **גיד הנשרה** *neruus iscbii*, *qui per femur et*
erus ad talos fertur, **קרב** *intestina*, et generatim *interiora cor-*
poris humani, **מעים** *viscera*, **רחם** *uterus* *foetum gestans*, **לב**
cor, **כליות** *renes*, **כבד** *hepar, iecur*, *dictum a gravitate, quod sit*

viscerum omnium grauisimum; יִתְּרָה דְכֶבֶד *omentum*, fec. alios quos; מֶדְנָה *medulla*, idemque Chaldaeis, Syris et Arabibus *cerebrum* quoque. His addimus, quod Aethiopes Habesini *cranium* per os capitis; *sternum* per os pectoris; *tibiam* per os pedis; *mandibulam* per os oris; *spinam dorsi* per os dorsi, *costam* per os lateris, circumscribere solent: ut videre est apud LVDOLFVM in Lex. Aeth. c. 466. Ceterum vltiori Anatomicorum disquisitioni relinquimus, num et quatenus verum sit, quod Paraphrastes Chaldaeus *Pseudo-Ionathan* ad Gen. I, 27. tradidit, creatum esse hominem, ut constaret במֵאֵת וָאַרְבַּעֵין וְחֲמִנֵי אֵיבְרֵין בְּתֵלָה *ducentis quadraginta octo membris, et trecentis sexaginta quinque nervis*. Nostrum enim non est, rem ipsam definire, sed tantum historice et philologice exponere, quid auctores Ebraei de illa senserint.

§. XXIX.

Specialissime
ex Cohel. 12,
3—6.

Specialissime considerari mereretur locus Cohel. XII, 3—6. allegoricam dans hominis senio confecti mortique imminents descriptionem, in qua *manus* pinguntur ut הַבַּיִת שְׂמֵרֵי הַבַּיִת *custodientes domum*, arcendis a corpore malis; *crura tibiae* ut אֲנָשֵׁי הַחֵלִי *viri strenui*, quod firmiter consistant; *dentes* ut הַמְּחֻכּוֹת *molitrices* ancillae, coll. Ex II, 5. commolendis et mandendis cibis; *oculi* ut הַרְאוֹת *spectatrices* ancillae, obseruandis introeuntibus ad atrium domus, Ioh. XVIII, 16. 17. *labia* ut דְּלֵתִים *valuae* velut claudendae aperiendaeue oris portae; *loquela* ut הַמְּחַכֵּה *vox molae*; *partes vocales* ut הַשִּׁיר בְּכוֹת *filiae cantus* s. *cantatrices*; *caput canitie candens* ut הַמְּצִיץ הַשֶּׁקֶד *amygdalus florens*; *spina dorsi* ut הַחֶבֶב *cicada*; *circulus sanguinis* ut חֶבֶל הַכֶּסֶף *funis argenteus*;

cor

cor vt **לֵלֶךְ הַחֹב** *lenticula aurea*; *venae sanguinis* vasa vt **עַל** *כַּד*
הַמְבוּרָה *cadus iuxta fontem*, iterumque *circulus sanguinis* vt **הַגִּלְגָּל**
אֶל הַבּוּר *rota iuxta puteum*, extrahendæ ex illo aquae: nisi argu-
 mentum hoc prolixiorẽ, quam noſtra fert breuitas, require-
 ret tractationem. *Sanguinis circulationem* Salomoni haud igno-
 ram fuiſſe, ex hoc loco colligunt Cl. CVLMVS et IO. HENR.
 SCHÜTTE in *den gelehrten Zeitungen Leipz. 1727. p. 115.* nec non
 Celeb. IO. CHRISTOPH. HARENBERGIVS in *Miſcell. Lipſ. nou.*
 Vol. VII. Parte II. p. 195. ſeq. Concinit his, quum idem Salo-
 mo Prou. IV, 23. *Prae omni cuſtodia*, inquit, *ſerua cor tuum, quia*
ex ipſo תִּצְאוֹת הַיַּיִם *sunt exitus vitae*, ſiue, vt interpres Lat. *Vulg.*
reddidit, procedit vita, h. e. in omnes totius corporis partes vi-
 ta diffunditur, ac adeo cor vitae naturalis veluti fons et ſearu-
 rigo per ſanguinis circulationem eſt. Eſt et memorabile, quod
 cor non ſolum **לֵב** feu **لَب** ab *ardendo*, verum etiam **أَس** *fundam-*
entum, Arabibus adpellatur, quia hoc totius corporis funda-
 mentum ſeu principium cenſetur, vbi in vtero conformatur, vt
 ait I. GOLIVS *Lex. Arab. c. 94.* Ceterum ſapientiam Dei in
 diſponendis ordinandisque corporis humani membris ac parti-
 bus, ſummam item membrorum inter ſe harmoniam, admira-
 rur Paulus apoſtoloſ I Cor. XII, 24. 25. 26. Ad quem locum Cl.
 DAN. WILH. TRILLERVS in *Notis MSS.* allegante I. C. WOLF-
 FIO in *Curis philol. et crit.* ibidem, haec habet: *Gnome eſt medica,*
cuius veritatem vel ipſa quotidiana docet experientia. Idem ſapientis
in ſcriptis ſuis dixit Hippocrates, cuius hic imprimis locus e libro de
Loc. in Hom. III. hic maxime ſpectat. Εἴ τις βέλεται τὸ σῶματος
εἰπολαβῶν μέρος κακῶς ποιῆν τὸ ſμικρότατον, πᾶν τὸ σῶμα αἰδθή-
σεται τὴν πείσιν, ὅποιή ἂν τις ἦ. Διὰ τὸτε, ὅτι τὸ σῶματος τὸ
ſμικρό-

σμιχρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον. κ. τ. λ. *Simile crebro apud GALENUM in libb. de Usu partium et de administrat. anatomiae, Nemesium de Nat. hum. c. 24. p. 204. Theophilum Protospath. de Corporis humani fabrica, aliosque plures. Huc et Lucretius lib. III. 154. Consentire animam totam per membra videmus.*

§. XXX.

Nec vero silentio praetercunda est Viri Summe venerandi IO. IVL. HECKERI tractatio vernaculo scripta fermone sub tit. *Betrachtung des menschlichen Körpers nach der Anatomie und Physiologie, Halle 1734. 8.* in qua pag. 284 seqq. ex Bontekoe *Abhandlung vom menschlichen Leben* elegans exhibetur in locum ante citatum Cohel XII, 1 — 7. explicatio. Cumque in hanc communis olim amicus, nunc inter caelites degens, CHRISTOPH. THEODOS. WALTHERVS, Missionarius Danicus, amicas adnotationes cum epistola ad S. V. Auctorem Tranquebaria Indorum miserit, simulque nobiscum communicauerit in apographo ante aliquot annos, haud ingratum lectoribus nostris erit, eas typis descriptas heic videre. Sunt autem sequentes:

ANMERKUNGEN

über

Hrn. Heckers Betrachtung des menschlichen Körpers.

Cap. 4. §. 26. pag. 285. — — Regen gequälet werden), oder, da man aus dem Regen gleichsam in die Traufe kommt, und ein Ungemach dem andern auf dem Fuß nachfolgt.

Ibid. aufwärts halten können, und niederbeugende sich krümmen:) die Hüfte, coxa, heist auf Hebräisch כּוּס Kefel, fiducia, q. d. atlas: und Griechisch ὄχλος, die Hältniß; weil sie in der Pfanne das Schenkelbein fest hält. Also werden hier im Gegensatz

satz auf die Hände insonderheit gemeynet die Füße oder starke Beine. Der hebräische Name der Schienbeine שוקים Schokim, tibiae, wird erläutert aus dem Aethiopischen Wurzelwort unterstützten. Aber das hohe Alter schlägt den Menschen beydes am Schienbein und an der Hüfte, (Richt. 15, 8.) daß er auf schwachen Füßen steht, tamquam male pedatus.

Pag. 286. sehen kan): Die Hebräer, Araber und andere Orientaler, selbst auch die Malabaren, nennen, wie die Griechen und Lateiner, den Stern oder die beyden runden Augen-Löcher, durch welche die Strahlen hineinfallen, und ein Bildlein präsentiren, puellas seu pupillas oculorum: die werden hier nach dem Grund-Text vorgestellt, als kuckten sie durch die Fenster oder Licht-Löcher, welches aus der Optick fein erläutert werden kan. Vergleiche oben Cap. 1. S. 47.

Ibid. — — übergebliebenen Zähnen) die Zähne sind zur deutlichen Aussprache allerdings nöthig. Siehe oben des andern Capitels 2ten Abschnitt §. 27. und von der Mühle Cap. 1. S. 47.

Ibid. Töchter des Gefanges). Nach Orientalischer Mundart heißen Töchter des Gefanges so viel, als Stimmen und Resonanzene gleichwie eine bekante Art der göttlichen Offenbarung im A. T. genannt wird Bath kol, eine Tochter, das ist, ein Schall der Stimme. (Conf. Gollii Lexicon Arab. col. 331. 332.) Der Prediger will sagen: Woher kömmt das, daß er schon aufstehet, wenn er die Vögel singen höret? (Conf. לקור Hab. 3, 16.) Höret er etwa so leise? Nein. Omnes voces sonorae ei sunt depresae ac submisae: sondern er schlüft so leise. In seiner Jugend, da er viel besser hören konte, wachete er kaum vom Trompeten-Schall auf: wie Cicero sagt, Te gallorum, illum buccinarum cantus exfufcitat.

Pag. 287. — — Wie eine springende Heuschrecke,) Insonderheit stelle das os basilare oder Keilbein, welches die Hirnschale un-

erstützet, mit seinen Flügel förmigen Fortsätzen eine grosse Orientalische Heuschrecke vor, wenn sie ihre Flügel ausbreitet, eben so wol, als eine Fledermaus. Siehe oben des 2ten Capitels 2ten Abschnitt §. 10.

Ibid. extr. — — aufgelöset wird:) Andere scheinen es noch näher zu treffen, die durch den silbernen Strick verstehen den Gang der Nahrungs-Milch, ductum chyli ferum. Nieuwentyt Wereld-beschouwingen, 12te Betrachtung §. 14. Insonderheit kömmt hiebey ductus thoracicus, oder der Brustgang in Consideration. Siehe unten Cap. 8. §. 22. Wenn darin der Nahrungs-Saft erstarrt, so wird der Strick constringiret oder gleichsam verknüpft: fast wie die Portugiesen das Miserere nennen Nô na tripa, einen Knoten, das ist, eine Verstopfung in den Gedärmen.

Pag. 288. Umlauf des Blutes) Nemlich in der Hohl-Ader, darin die Nahrungs-Milch zum Blut gebracht, und daraus, als aus einem güldenen runden Gefäß, vermittelst einiger Canäle, in den Eimer über den Born gegossen wird. Daß das Herz ein künstlicher Spring-Brunn sey, ist oben gezeiget Cap. 1. §. 49. Der Eimer oder das Gehir, darin das Wasser gleichsam nach Hause getragen wird, (1 Mos. 24. 14. 15. im Hebr.) ist die grosse Pulsader, die das Blut gar wunderbar in alle Theile des Leibes führet.

Ibid. Und das Rad zerbreche am Born,) Nemlich am ausgehauenen Brunn, oder an der Cisterne, im Gegensatz auf den Spring- oder Quell-Brunn, wie Jer. 2. 13. und 3 Mos. 11. 36. Dadurch kan gar füglich die Brust oder die Höhle des Oberleibes, Thorax, verstanden werden. Denn die ist der vornehmste Sammel-Kasten der Lebens-Säfte. An derselben ist das Rad des Arterienbolens gleichsam fest gemacht, wie schon andere Ausleger da erkläret haben von dem Herablassen der Inspiration und dem Aufziehen der Expiration. Diese Wunde hilft den gedachten Umlauf des Blutes und anderer Säfte

Säfte sehr befördern, davon das folgende fünfte Capitel nachzusehen §. 1. und 12.

§. XXXI.

Ratione *qualitatis*, si considerentur Medici, bonis proba- Mali Medici.
 tisque Iob. 13, 4. opponuntur non solum רפאי אילי medici va-
 nitatis seu nihili, sed etiam טפלי שקר confarcinatores mendacii, sal-
 tem ex mente τῶν ὄ. vtpote qui id verterunt ἰατροὶ ἄδικοι medici
 iniusti: et hi quoque עמי מנחמי consolatores miseri audiunt Iob.
 16, 12. Tales forte fuerunt illi multi medici, a quibus multa fue-
 rat passa mulier αἰμορροῦσα, Marc. 5, 26. et figurata oratione
 haud dubie illi pseudoprophetae, de quibus Deus Ier. 8, 11.
 וירפו את־שבר־בַּת־עַמִּי עַל־נַקְלָה לֵאמֹר שְׁלוֹם שְׁלוֹם וְאִין שְׁלוֹם
 Sanant, inquit, fracturam filiae populi mei per leue quid, dicendo,
 pax, pax! cum tamen nulla sit pax.

§. XXXII.

Num autem Medicos habeat habueritque Oriens, dubitari Medicos num
 forte posset: tum quia EDM. CASTELLVS Lex. Heptagl. habuerit ha-
 c. 2618. testibus citatis Sandouia et Alvarezio, Medicos, inquit, beatque
 nullos habent Aethiopes; tum quia de Babylonii HERODOTVS lib. I. Oriens.
 c. CXCVII. ex interpretatione Latina haecce memoriae prodidit:
 Alteram item sapienter condiderunt legem, aegrotos efferendi in forum.
 (Neque enim medicis vtuntur.) Accedentes igitur ad aegrotum, si qui
 aut eodem morbo laborauerint, aut laborantem alium viderint, de illo
 consilium dant, hortanturque ad ea, quae ipsi faciendo effugerint simi-
 lem morbum, aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuiquam, ae-
 grotantes praeterire silentio, nec antequam explorauerint, quoniam
 ille morbo laboret. Verum ALVAREZII hanc in rem testimo-
 nium in eius Hist. Aeth. c. 137. ad quod Castellus prouocat, sal-
 tem in versione eius germanica, reperire nobis non licuit: alter

vero testium *Sandouius* ad manus non est. Hoc quidem haud il-
lubenter concesserimus, miseram apud Aethiopes esse aut fuis-
se medicae artis sortem; ut de qua *IOBVS* quoque *LVDOLVVS*
Hist. Aeth. l. IV. c. 2. n. 8—14. Medendi ratio, inquit, apud eos
prorsus est deploranda: secando et vrendo homines ceu equos curant.
Altero medentur ferro arcuato et candenti, circa iuncturam brachii se-
mimicirculum facientes, cui parum gossipii superimponunt, ut humor vi-
visus tamdiu destillet, quoadusque inualetudo abierit. Non quidem
abnuerim, hunc aegrotos exponendi morem antiquissimum fuis-
se; qua de re confuli meretur *Celeb. CAR. FRID. HVNDERT-*
MARKII liber singularis *de incrementis artis medicae per expositio-*
nem aegrotorum apud veteres in vias publicas et templa, editio altera
Lips. 1749. 4. Sed idcirco nullos omnino apud Aethiopes esse
aut apud Babylonios fuisse medicos, eo difficilius, ut credamus,
mouemur, quo certius est, utramque gentem in linguis suis in-
structam esse ac fuisse vocabulis natiuis, quae tum medicos
ipsos tum operationes et res medicas notant; et quo magis con-
stat, fide *Strabonis* lib. III. p. 155. vel 234. eundem morem ex-
ponendi aegrotos apud Aegyptios quoque obtinuisse, de quibus
vero idem *Herodotus* lib. II. c. LXXXIV. testatur: *Medicina apud eos*
bunc in modum est distributa, ut singulorum morborum sint medici,
non plurium. ITAQVE OMNIA REFERTA SVNT MEDICIS.
Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii alui et vic-
inarum partium, alii morborum occultorum. Apud Syros item dari
Medicos, docent vel tituli librorum illorum *Mstorum Syriaco-*
rum, quos *Castellus* in praefat. ad *Lex. Heptagl. p. 2.* recenset,
utpote in quibus sunt *P. Aegineta, Dioscorides, Galenus, Acrius,*
Bar-Serapion, medici. Quin *Gregorius Abulfaragius*, Malatensis
Medicus, qui natione Syrus fuit, Syrum et ipsum, si non gen-
te, tamen commoratione, fecit *Hippocratem*, eumque *Emesae*
Syro-

Syrorum habitantem, in Arabice scripta *Hist. Dynastiarum* p. 55. Hoc tempore, inquit, celebris fuit HIPPOCRATES Medicus. Habitabat ille in urbe EMESSA, et frequenter urbem DAMASCVM adiens, ibi se ad hortum, qui in ipsa fuit, recipiebat: locus eius ad hunc diem notus est, in valle quadam ibi, quae NIRAB audit. Fuit autem vir diuinus, uegrotos gratis sanans. Optime autem eum descripsit GALENVS, ubi dicit: GALENVM eruditit lectio, at HIPPOCRATEM natura, cetera. De florente apud Syros aeque ac Arabes studio medico, et ab vtraque gente in linguam suam versis Hippocrate aliisque Graecis, vide D'Heybelot Bibliothecae Orientale à Paris 1697. sub voce *Bokrath* p. 209. a. Et prostant ex Arabibus ipsis celebratissimi medici, Averroes et Avicenna seu *Ibn-Sina*; quorum huius nouam versionem Latinam, ex Arabico textu factam, specimine quodam exhibuit medicus arabice doctus GEORG. HIERON. VELSCHIVS in Exercitat. de vena Medinensi, ad mentem *Ibn-Sinae*, Aug. Vindel. 1674. in 4. Quia pars integra medicinae, hoc est, Chemia, nomen suum debet Arabibus, vt supra ostendimus §. XXIV. Pertinet huc ex Catalogo Bibliothecae Lugduno-Batauae impresso p. كتاب عربون *كتاب عربون* Liber de eminentioribus auctoribus explanationum in congruentiis Medicorum, h. e. Historia Medicorum, distincta sec. gentes et aetates. Vide HOTTINGERVM in Anal. p. 292. sq. Item HABDORRAHMANI Tr. de proprietatibus medicis animalium, plantarum cet. ex Arabico versum ab ABRAHAMO ECHELLENSI Paris. 1647. 8. Et ex Mantissa MS. Otorum, quae IKENIANAE Bibliothecae Catalogo subiecta est, p. 170 n. 16. Compendium GALENI a Mose Maimonide in libros XXV. digestum, Arabice; n. 18. Tractatus varios Medicos; de vrinis, de synonymis materiae medicae; *Abulkasiri* librum medicum; HIPPOCRATIS Prognosticon; de Medicina ex HIPPO-

CRATE et GALENO; et GALENI de odoribus, per *Ioann. Ibn Mesua* Damascenum, et alia, Ebraice. Porro libros medicos, qui auctores habuerunt Ebraeos, recenset *Io. Henr. HOTTINGERVS* in *Promptuario*, siue *Bibliotheca Orientali*, lib. III. Parte II. Classe X. p. 39. sq. Arabicos vero p. 211 — 216.

§. XXXIII.

Num in pretio apud Ebraeos finitimosque Orientales fuerint Medici? ubi primo dubia soluuntur,

Quo in pretio sint et fuerint Medici tum apud Ebraeos tum apud finitimos Orientales, nunc dispiciendum nobis. Posset quidem videri derogare illorum dignitati, quod medici, quibus Iosephus in Aegypto vsus est, adpellentur *serui*, Gen. 50, 2. deinde quod iisdem medicis secundum versionem τῶν ὀ. tristi omine, resurrectio ex mortuis futura negatur, idque tum Esa. 26, 14. Οὐδὲ ἰατροὶ ἔ μὴ ἀναστήσωσι, neque medici resurgent, tum Psal. 88, 10. vel 11. Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια, ἢ ἰατροὶ ἀναστήσωσι καὶ ἐξομολογήσονται σοι; Num mortuis facies mirabilia? an medici resurgent, et confitebuntur tibi? Sed quod ad prius dubium, *seruorum* nomen apud Ebraeos non solum *mancipiis* competit, verum etiam *honoratioribus* regum principumque *ministris*, quales fuerunt *serui Pharaonis* Gen. 50, 7. Ex. 10, 7. cet. Et si vel maxime strictiore significato *serui*, h. e. mancipia fuissent medici Iosephi, tamen hic status non omnino derogauisset artis medicae dignitati et pretio, cum constet, etiam Romanos nobiles diuitesque in ceteris seruis urbanae familiae habuisse medicos: quam in rem legi meretur B. *Io. Henr. Schulzii* nostri elegans disert. *de seruis medicis*, et L. OTT. NATH. NICOLAI Meletema *de Seruis Iosephi Medicis*, Magdeb. 1752. Vti nec Cicero dedignatus fuit Tirone liberto suo uti adiutore in litterarum studiis. Quod vero ad posterius, dici posset, interpretes Graecos illud ἀναστήσωσι non intransituo *surgendi* vel *resurgendi*, sed

sed transitivo *suscitandi* significatu adhibuisse, uti interpret Lat. Vulg. altero illorum locorum Psal. 88, 10. id vertit *suscitabunt*: ut sensus esset, nullos fore medicos, qui hostes ecclesiae caesos prostratosque ad hanc vitam reuocarent. Potius tamen hallucinati sunt isti metaphraetae, legentes רפאים *medici* pro רפאים *defuncti*, quod punctati codices Ebraei omnes habent: ita ut רפאים *defuncti* iidem sint ac superiore orationis membro מתים *mortui*, h. e. hostes ecclesiae, ad eam denuo oppugnandam ex mortuis reversuri. Conf. Ven. D. CAR. GOTTL. HOFFMANNI Progr. palsch, A. 1742. de *Negata Medicorum resurrectione*.

§. XXXIV.

E contrario, Medicos Ebraeis summo in pretio fuisse habitos, liquet ex Sirac. 38, 1. seqq. *Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creavit Altissimus. A Deo enim est omnis medela, et a rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatum collaudabitur*, cer. Liqueat id etiam ex eo, quod *Deus* ipse ut summus medicus laudatur Ex. 15, 26. Ier. 17, 14. Iob. 5, 18. cer. isque ante medicos omnes adeundus, 2 Par. 16, 12. Sirac. 38, 9. et quod a *Deo medico* Ebraei propria personarum nomina duxerunt: ut sunt יְהוֹשֻׁעַ vel יְהוֹשֻׁעַ *Iosias*, i. e. *Dominus sanabit*, Zach. 6, 10. 1 Reg. 13, 2. יְהוֹשָׁפָט vel יְהוֹשָׁפָט *Ioasus*, idem, 2 Reg. 12, 2. 2 Par. 25, 25. יִשְׁבָּבֵת pro יְהוֹשָׁפָט *Ioschabias*, idem, 1 Par. 11, 46. ex cognatis *sanandi* verbis, quae supra dedimus §. VIII. רְפָאִים *Rephaias*, idem, 1 Par. 3, 21. רַפְאֵל *Raphael*, i. e. *sanavit Deus*, 1 Par. 26, 7. et elliptice, hoc est, subaudito nomine *Dei*, אָסָא *Afa*, i. e. *sanavit*, 1 Reg. 15, 8. et in N. Testamento Ἰωσήφ, *Iosés*, ex יְהוֹשֻׁעַ vel יְהוֹשָׁפָט *sanabit*, Matth. 13, 55. item

רפא

רפאֵל *Rapha*, i. e. *sanauit*, 1 Par. 8, 2. Est et apud Iudaeorum doctores *Raphael* vnus illorum quatuor angelorum, qui folium maiestatis diuinæ circumstare creduntur: *Michael* ad dextram, *Vriel* ad sinistram, *Gabriel* ad anticam, *Raphael* ad posticam. Traditurque, dictum fuisse illius nomen *Raphael*, quod sanet fracturas et morbos. Vide IO. BUXTORF. Lex. Talmud. p. 46. 47. Ab Iudaeis traditio haec parum rura dimanauit ad Aethiopes christianos, quibus *Raphael*, creditus *archangelus*, vocatur *Exhiluator cordium*, quod sanet morbos, et medeatur vulneribus, itemque *Angelus sanitatis et curationis*, et *Apertor uteri*, vt videre est apud LUDOLFVM in Lex. Aeth. p. 143.

§. XXXV.

Medicae et chirurgicae voces per tropum in S. S. adhibitae in *physicis*,

architectonicis,

Ex medicina item et chirurgia desumptae voces tropice et *παραβολικῶς* adhibentur in Codice sacro: idque 1) in *Physicis*; v. g. de emendandis et corrigendis aquis amaris, 2 Reg. 2, 21. 22. vbi Elifaeus, scaturigini aquarum prope Hierichuntem sale iniecto, Sic ait Dominus, inquit: *Sanauit* (רפאֵתִי) *aquas has; non erit inde amplius mors et terra orbans. Et sanatae sunt* (vt historicus facer addit) *aquae in diem hunc.* Item de terra sterili foecundanda, 2 Par. 7, 14. *Sanabo terram illorum*, cum respectu non solum ad pestem, verum etiam ad ἀβροχίων locustasque v. 13. Et de lapidibus exustis integritati suae restituendis, Neh. 3, 34. vel c. 4, 2. הִרְחִיֵי *num viuificabunt*, vel secundum LXX ἰώσουσιν *sanabunt lapides ex aceruis ruderum, cum sint exusti?* 2) in *Architectura*: vt 1 Reg. 18, 30. וִירָפָה *Et sanauit*, i. e. reparauit, restaurauit, *altare Domini dirutum*; Neh. 4, 1. vel 7. עֲלֵתָהּ אֲרוֹכָה לְחֻמּוֹרַי *quod obducta esset cicatrix muris Hierosolymae*, id est, vt exponitur ibidem, *coepissent rupturae murorum obstrui.* 1 Par. 11, 8.

Et

Et Iobus יְחִיֵּיחַ *uiuificabat* (h. e. *sanabat*, et hoc pro *instaurabat*) *reliquum urbis.* 3) In doctrina morali: vt Prou. 12, 18. *Est qui est moralibus, fuit quasi confossiones gladii, verba vulnerantia, at lingua sapientum est נְשִׂיחַ sanatio; c. 15, 4. Sanatio linguae* (sermone boni et salutare, ad curandos et emendandos animos comparati) *est arbor vitae, medicinarum optima, at peruersitas in ea, est fractio spiritus; c. 16, 24. Verba suaui sunt dulce quid animae, et sanatio osi.* Inprimis sanare dicuntur, qui disidia componunt, pacemque conciliant: vnde Ar. ¹אָסִי significat et curauit, sanauit, et discordiam composuit, pacem fecit. - Quin et 4) in iure, Iob. 34, 17. *iuridicis, Etiamne qui odit ius, יִחַבֵּשׁ tamen obligabit illud, vt chirurgus obligat et curat vulnus?*

§. XXXVI.

Adhibentur item voces medicae 5) in describendis malis poenis praepo-
 enalibus, oppositaque salute et liberatione: vt Deut. 32, 39. *Ego miisque,*
occidam, et uiuificabo; confregi, et ego sanabo. Esa. 1, 5, 6. *Quare*
percutemini amplius, dum additis recessionem? Omne caput est mor-
bidum, et omne cor languidum. A planta pedis usque ad caput nulla
est in eo sanitas, sed vulnus et vibex, et plaga recens, quae non com-
pressa, nec obligata, nec emollita oleo. Esa. 30, 26. *Die, quo obli-*
gabit Dominus fracturam populi sui, et confractionem plagae eius sana-
bit. Ier. 8, 22. *Numquid resina nulla est in Gileadivide? an nullus*
ibi medicus? Nam quare non succreuit coalitus vulneris filiae populi mei?
 Ezech. 30, 21. *Brachium Pharaonis confregi: et ecce non obligatum*
est, ad dandum sanationes, adponendo fasciam, obligandoque illud,
vt confanesceret. Et v. 22. *Frangam ambo brachia eius, sanum et*
fractum. Denique Psal. 60, 4. *Concusisti terram, fregisti eam: sa-*
na fracturas eius. 6) Cumprimis vero in doctrina de iustificacione in doctrina de
 homi- iustificacione,

hominis coram Deo, et remissione peccatorum, et de consolatione euangelica: vt Esa. 53, 5. *Per vibicem eius (Christi) כָּרַחַת לָנוּ sanatum est nobis vulnus; quod Chaldaeus vertit, Peccata nostra nobis remittentur.* c. 57, 18. וְרַפְּאֵהוּ et sanabo eum, Chald. et remittam eis; iterumque v. 19. וְרַפְּאֵתִיו et sanabo eum, Chald. et remittetur eis, scil. peccatum. Ier. 3, 22. *Et sanabo veluti vulnus recessiones vestras,* Chald. *Et remittam vobis, si conuersi fueritis.* Hof. 14, 5. *Sanabo auersionem illorum,* Chald. *acceptabo illos in conuersione sua, remittam peccata ipsorum.* Sic Esa. 6, 10. *Et conuertantur, וְרַפְּאֵהוּ et medeatur eis Dominus; pro quo non solum Syr. et Chald. et remittatur eis, verum etiam in N. T. Marc. 4, 12. (vbi hic Esaiae locus excitatur) καὶ ἀφεθή αὐτοῖς τὰ ἀμαρτήματα, et remittantur eis peccata. Vti contra, 2 Par. 6, 30. quod in Ebraico est וְסָלַחְתָּ et condonabis, Graeca versio reddidit, καὶ ἴασθαι et sanabis. Ad dimus Esa. 61, 1. *Ad obligandum confractos corde; Psal. 41, 4. Sana animam meam; Psal. 51, 19. Cor confractum et contritum non spernes, Deus; et Psal. 147, 3. Qui medetur confractis corde, et (velut indulto emplastro) obligat dolores illorum, i. e. vulnera dolorem facientia.* Et 7) in *theologia pastoralis*: vt Ier. 8, 11. *Sanauerunt pseudoprophetae fracturam filiae populi mei per leuissimum medicamentum, (Chald. per verba sua mendacia) dicendo, pax, pax! cum tamen pax nulla sit; Ezech. 34, 4. Vos, mali pastores, infirmas pecudes non consolidastis, et morbidam non sanauistis, et confractam non obligauistis; Zach. 11, 16. Fractam pecudem non sanabit stultus pastor.* Sed et 8) termini sacrae hermeneuticæ lucem capiunt ex anatomia: *حَسَرَ* secuit, dissecuit, (vnde *حَسْرَةُ* anatomia) et *explicuit, declarauit, elucidauit* obscurius dicta. Sic פָּרַשׁ, פָּשַׁר, פָּתַר*

theologia pastoralis,

et hermeneutica.

פָּתַר et פָּסַר *explicare*, sono, litteris et significato conueniunt cum פָּתַר ἀνατέμνειν, ζωοτομῆν *dissecare animantia*, Gen. 15, 10. ita vt *enodare*, *explicare*, et *extricare* quaestionem, ac hermeneuticam imprimis, sit velut ἀνατομῆν, et nostrum *zergliedern*.

§. XXXVII.

Sunt et *sententiae* ac *proverbia a medicis* ducta, et de illis dicta, vii apud exteros scriptores, et in vita communi apud nos, quae IO. IA. BAIERVS in *disf. Aegia quaedam Medicinalia Altorfii A. 1711.* illustrauit; ita et apud sacros scriptores Talmudicosque doctores obuia, nobis in praesenti commemoranda. Ex his sunt: 1) Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. et Luc. 5, 31. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῆς, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες, *Non opus habent qui valent, medico, sed qui male habent.* Quam paroemiam Christus, ceu summus animarum medicus, sibi aptat, in vocandis ad poenitentiam peccatoribus occupato, a Pharisaeis vero, qui suo quidem iudicio sani ac iusti erant, spreto. 2) Luc. 4, 23. Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν. Proverbum Christo obiectatum a Nazarethanis, simili fere sensu, quo eidem in cruce pendenti ab Iudaeis dictum fuit Matth. 27, 40. Σῶσον σεαυτόν, *salua te ipsum*, et v. 42. Ἄλλος ἔσωσεν, ἑαυτὸν ἢ δύναται σῶσαι, *Alios saluauit, seipsum non potest saluare.* Debuerat nempe Christus, ex mente Nazarethanorum, patriae suae ciuibus, apprime facere miracula, vii exteris locis fecisse perhiberetur: ex Iudaeorum vero, qui cruci dominicae adstabant, mente, seipsum a crucis supplicio liberare, qui tot aliis saluti fuisse creditus esset. Consimili ratione in *Tanchuma* ad Genes. sect. 1. Adamo, nepotes suos de statu coniugii docere volenti, hi respondisse feruntur: מְדִיכָה אֲנִי מִדְּרַגְתִּי, *Medice, cura tuam ipsius claudicationem;* Graecique apud PLYTARCHVM de Discrim. adul. et amici,

Sententiae ac
Proverbia ex
medicina
apud scripto-
res sacros et
talmudicos,

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἔλασσι βεγύων, *Aliorum medicus, ipse ulceribus scatens*: idque eo fere sensu, quo Latini dicunt, *Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum*, et quo SERVIVS SVLPICIVS apud CICERONEM Lib. IV. Fam. epist. 5. *Noli, inquit, imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt.* 3) In Talmud. tr. Kidduschin f. 82. a. טוב שכרופאים לגחינם והכשר שבטבהים שוחפו של עמלק *Optimus medicorum meretur gebennam, et relictissimus laniorum est socius impii Amalek.* Dura in medicos sententia, sed ad malos restringenda, non extendenda ad bonos: eo sensu, quo Mich. 7, 4. dicitur, *Optimus illorum est sicut spina, et relictissimus illorum peior spineto.* Adparet hoc ex glosa, quam Buxtorfivs Lex. Talm. c. 2278. Latine versam dedit: *Multos incaute occidit medicus, quos per artem servare potuisset; multos pauperes mori patitur, quos in vita per medicamenta servare posset; multis potum et cibum sanorum permittit, quibus morbum potius ipsis auget, donec tandem succumbant; multos a spe in Deum auertit, et fiduciam in se transfert.* Lanius: *quia ex avaritia carnes pollutas et Lege vetitas pro mundis saepe vendit, et alios contra Legem peccare facit.* 4) In Vajikra rabba sect. V. עלובה מדינה שאסיה פודגריס *Adflicta est vrbs, cuius medicus est podagricus*, hoc est, cuius rector et gubernator ipsemet vitiis scateret, vti id Buxtorfivs Lex. Talm. c. 152. explicat. 5) In tr. Talmud. Bava Kama f. 85. a. אסיה רחיקה עינה עויר *Medicus longinquus oculum excoecat.* Aut enim (vt Buxtorfivs l. c. monet) tardius aduenit, vt morbus inualecat; aut citius discedit, vt aegrotus ope destituatur, et morbus ingrauescat. Cui contrarium est aliud apud Buxtorfivm Lex. Talm. c. 1168. אסיה קריבה דמנן כמנן *Medicus propinquus est quasi medicus gratis curans.* Convenit cum Prou. 27, 10. *Melior est vicinus propinquus, quam frater longinquus;*

et

et cum Germ. *Besser ein Nachbar an der Wand, als ein Freund über Land.* 6) Ibidem שוה מנן מנן שוה *Medicus nibili* (qui gratis siue pro nihilo curat) *nibili penditur.* Dignus quidem mercede sua operarius; nec tamen animus fit mercenarius, sed valeat suo tempore et loco illud Christi Matth. 10, 8. *Gratis accepistis, gratis date.* 7) Ibidem in *Pesachim* f. 113. a. אלה תדור בעיר *אסיא* *Ne habites in urbe, ubi caput urbis medicus est.* Erit enim vel ciuilibus negotiis occupatus, ut aegrotorum curam non habeat; vel medicinam exercebit quidem, sed cum dispendio boni publici. 8) In sententiis *Ben-Sirae*, qui nobis *Siracides* est: אוקר לאסיא עד דלא הצטרך ליה *Honora medicum, antequam eo opus habeas.* Sic (vti *Buxtorfius* l. c. addit) honorandus est Deus rebus prosperis, ut benignum eum habeamus in rebus aduersis. 9) Apud *Buxtorfium* in *Lex. Talm.* c. 350. החולה מאמין בצער החולה *Sanus non credit dolori aegrotantis.* Pro quo Latini: *Facile, cum valemus, vella consilia aegrotis damus; tu si hic sis, aliter sentias.*

§. XXXVIII.

Inter *sententias Arabicas*, quas *GOLIVS* Grammaticae et apud Arabes, Arabicae *ERPENII* subiunxit, memorabilis nostroque instituto

apta est illa No. IX. p. 46. b. في رأس البنين يتعلم الحجاج *In capite orphani discit chirurgus.* Et inter *Adagia Arabica* ibid. p. 74.

N. XXI. ربما يكون في الظبي داء *Nonnunquam et in dorcade morbus est.* In cuius declarationem *GOLIVS* haecce subiunxit: *Ve-*

tus Arabum opinio fuit, hoc ferae pecudis genus nullis esse morbis obnoxium; sed solo mori senio, et quamque longaeuam esse, quoad sua ferat natura. Vnde الطيبي MOREVM DORCADIS numerant inter ea, quae non existunt, aut quam rarissima sunt. Et sec. GOLIVM in Lex. Arab. c. 880. dicunt: Est in eo dorcadis morbus, i. e. nihil mali suae morbi: ita ut vitii omnis expertus esse feratur illud animal. Item p. 120. No. XL. ريسا صحتن الجسم بالعالل Nonnunquam corpora sanescunt per morbos. Et p. 151. No. LV. يموت راعي الضأن في جهله موتة جالوس في طيرة Moritur pastor ouium in inscitia sua, prout moritur Galenus in sua medicinae scientia. His addimus illud apud CASTELLVM in Lex. Heptagl. c. 1170. دواء الشق ان نكوصها Medicina scisurae vel rei scisurae est, ut illam consuas: de amicitia redintegranda, vel de re fracta reparanda. Vide quae supra in §. III. de etymologia nominis Aethiopesque. **Ⲛⲉⲓ** medici adtulimus. Denique Aethiopum prouerbium, A Medico vetere sanitas expectanda est, utpote ob diurnam expientiam exercitatore, vide apud 102. LVDOLFVM Lex. Aeth. c. 201.

FINIS.



PRAESTANTISSIMO
RESPONDENTI
PRAESES.

Dum hoc litterarum, gratulationis causa, scribere Tibi pararem, praestantissime Respondens, tristitia me circumstabat ingens, ob hostem intra moenia nostra grassantem, qui non contentus magnam pecuniae summam a ciuitate expressisse, domos heic illic expilabat, et ulterioris saeuitiae actus minabatur. Committebam vero supplici prece communem afflictionem ei, a quo solo et in caelo et in terrae omnis salus est, meque simul animabam ad patientiam in ferenda illa maiorum parte, quam et mihi destinauisset propitium non minus quam sanctissimum Numen. Recordabar illius dicti, quod Deus per Ieremium c. XLV, 4. 5. pio Barucho, in multis afflictionibus constituto indeque tristi, nunciari olim iusserat: Ecce, quos aedificaui, ego destruo, et quos plantaui, ego euello, et omnem terram hanc. Et tu quaeris tibi grandia? Noli quaerere. Vnde intelligebam, in calamitate publica, quae totam premit patriam, immunitatem omnimodam cupere, ac nihil

bil omnino incommodorum perferentiscere velle, id ex Dei iudicio
perinde haberi ac immodestam et grandem nimis postulationem.
Cogitabam vero et illud propitium Dei promissum Ps. L, 15.
Inuoca me in die tribulationis: eruiam te, et honorificabis
me. Haec dum ad animum reuocarem, suspiciisque ad Deum
prosequerer, venit nobis sub diluculum huius diei ex improviso
auxilium, quo nos liberati, hostes vero nostri subito fugati
sunt. Pro quo beneficio, ut dignum est, Deo gratias supplex
ago: et nunc laetus ad faciendum officium, quod Tibi, prae-
stantissime Respondens a me debetur, accedo. Eam hucusque
vixisti in academia nostra vitam, ut cum diligentia in colendis
studiis sacris, ac frequentatis tum meis tum Collegarum hono-
ratisimorum praelectionibus, vitae morumque probitatem com-
binaueris: vnde spem fundatam de Te concepi, fore ut non so-
lum partes Tuas in defendendo hoc themate, quod nunc in pu-
blicum producis, strenue agas, sed etiam eidem viae, cui huc-
usque dedisti Te, in posterum insistens, Deo vas utile euadas.
Hoc certe in votis habeo, Tuoque me amori commendo. Halae
d. VII. Aug. A. MDCCCLVIII. qui dies salutaris nobis
erat.



Be 820. ✓

80

ULB Halle

3

003 246 310




1017

2. C.







Farbkarte #13

B.I.G.

PHILOLOGEMATA MEDICA, 20. 9.
SIVE AD
MEDICINAM ET RES MEDICAS
PERTINENTIA,
EX EBRAEA
ET HVIC
ADFINIBVS ORIENTALIBVS LINGVIS
DECERPTA:
QVAE
PRAESIDE
CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,
THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE VT ET
LINGVARVM GRAECAE AC ORIENTALIVM
PROF. ORD.
AD D. SEPT. CIDI CCCLVIII.
HORA LOCOQUE CONSVETIS
DISQVSSIONI PVBLICAE PROPONET
IOACHIMVS DANIEL SCHLEVNITZ,
BEROLINAS, THEOLOGIAE CVLTOR.
HALAE MAGDEBVRGICAE
STANNO IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

